demonium est melancholia adusta facta aut a cholera aut melancholia q̄ est deterior ⁊ faciens melācholism est melancholia naturalis multa aut adusta. Sed est facta a phlegmate aut sanguine dulci: tñ parum fit a sanguine adusto. ¶ Si aūt fiat ab ipsa melancholia tūc plurimū qū fit melancholia nō est nisi mania cū sua applicatione in anteriore parte cerebri ⁊ substantia eius quoniā ipius applicatio ad cerebrū est sicut applicatō materiei karabiti. ¶ Et melancholia quidē est cū malitia existimatōnis ⁊ cogitatiōe corrupta ⁊ timore ⁊ quiete ⁊ non est in ipa agitatō vehemēs. ¶ Mania vero tota est agitatō ⁊ saltus ⁊ iquisitio ⁊ luposítas ⁊ aspectus cui non assimilat̄ aspectus homis. ¶ Immo res cui magis similis est aspectus lupoꝝ. ¶ Et differt ab vna spē karabiti cui eam habens in dēonio asimilatur. Quoniam cū hac egritudine non est febris secūdū plurimū. Sed karabitus nō euacuat̄ ab ipsa. ¶ Canina aūt est spēs manie in qua est associatio vehemens ⁊ amicitia cū obedientia ⁊ cōueniētia simul. Et i ipa quidē nō est credulitas cōtentōnis que est in mania ⁊ est quasi ad sanguineā ꝓpinquior. Hec aūt egritudo plurimū accidit in autūno ꝓpter malitiā hūoꝝ: Et quandoqꝫ multiplicatur in vere ⁊ in estate ⁊ est ei excitatō apud flatuꝫ septētriōis propter desiccatiōem septentrinois.

¶ Et hāc quidē egritudinē plurimū non resoluūt nisi hēorroides ⁊ varices. Et qū accidit successiōe eius hydropis̄ soluit eaꝫ cū hūiditate sua ꝓprie qū eius causa est caliditas epatis ⁊ ipsius siccitas. Et multotiens accidit hec egritudo ꝓpter cōitatē stomachi quā vōitus sanat.

¶ De signis manie vniuersalibus ⁊ speticrum eius C.xvi.

Signa itaqꝫ vniuersalia eius sunt ꝙ mutatio opationū moraliū ⁊ mobiliū ē mutatio p̄dicta. ¶ Signa vero indicantia ipsam sunt sicut incubus cū caliditate cerebri ⁊ sicut si repleantur pedes sanguine ⁊ fiāt rubei aut coaguletur sanguis in mamilla mulieris ⁊ sigt̄ motus corruptiōis sanguinis. Et primū qñqꝫ sigt ꝙ facta est causa corruptiōis sanguinis i mēbro in quo calor inatus non est fortis regens sanguinē bñ. Immo corrūpitur in ipo sanguis aliqua corruptionis spē. ¶ Et qum accidit signū primū in fine manie forsitam sigt ipius resolutiōem significatiōe varicū. ¶ Et multotiens accidit mania in egritudinibus acutis significās crisim: ergo si reliqua signa eius inuētiōem attestentur sigt ꝙ cris̄ erit bōa. ¶ Et qñqꝫ est vehementia maīe significās crisim ipius manie. ¶ Et signū quidē facte ex melācholia adusta a melācholia est ꝙ eius dēonium ⁊ lupinositas eius fiūt cū cogitatiōe ⁊ quiete spatō aliquo. Deinde qum mouet̄ ⁊ loquitur incipit ratōcīari cogitans. postea qum iterat̄ sup eū nō est possibile euadere ex eo neqꝫ facere scilere ipm. ¶ Et est extenuatio corporis in ipo uehemētior ⁊ color ad nigredinem decliuior ⁊ somnia deteriora: ⁊ qñqꝫ vomit aliquid acetosuꝫ ex quo ebullit terra. ¶ In ea uero que ē ex melācholia cholerica fiūt pmutationes ad cōtenptiōem uelocius ⁊ q̇es ab ea velocius ⁊ nō r̄cordat̄ cōtēptiōis ⁊ odij sicut r̄cordat̄ eius primus aut minorat̄ eius q̇es ⁊ multiplicat̄ motus ipius ⁊ rixa ⁊ agtiatō eius.

¶ De cura. C.xvij.

Si repletiōem vides hūoꝝ phlebotoma. ¶ Et si vides dominiū cholere in corpore p vrinā ⁊ reliqua signa euacua cuꝫ ōcoctiōe epithymi: aut decoctiōe myrobal̄. si est cholera melancholica. Et si est melancholia pura fortasse necesse erit tibi ut euacues cū epithymi puri pondere triū.ʒ. cū oxymelle ⁊ pilul̄ de azulo.

¶ Deinde veni ad caput ⁊ euacua si est ibi repletio sanguinea: aut melancholia sanguinea ex vēis que sunt sub lingua. ¶ Et assidua ipius euacuationem cū his pill̄is. Quaꝝ cōfectō.ꝝ hierepicr̄ epithymi sticados oiuꝫ trium añ. partē.i. scamonee myrobal̄. amboꝝ añ. ptem.ʃ. fiāt ex ea pill̄e magne. Et post vniuersalē euacuatiōem in noctibus sepatis sumatur ex eis quaqꝫ nocte pondus.ʒ.ij.

¶ Et ex eis que cōferūt ad illud sunt pill̄e istiusmodi: epithymi polypodij āboꝝ añ.ʒ.v. lapidis armeni myrobal̄. kebu. añ.ʒ.i. sticados.ʒ.x. salis īdi pulpe colloquintide amboꝝ añ.ʒ.iiij. belliri. ēbli. asce. belle. ni. oium añ.ʒ.iij. turbit.ʒ.xx. cōficiantur cū oxymelle mellino ⁊ administrētur. ¶ Et fiāt gargarismata cō oxymelle scamoneato ⁊ non supflue vtaris de pill̄is de sceibar. Sed utere eis tanto tempore quo assidue inuenitur in eis leuitas. ¶ Qū aūt malitiaꝫ cōplexiōis calide sentis abscinde eas. Et post purgatiōem pueni ad infrigidatiōem ⁊ hūectatiōem cū embrocis ⁊ alijs.

¶ Et fortasse necessarium erit ut in die quīquies embrocētur ⁊ linian̄t capita ipoꝝ ex decoctiōe pedū ⁊ capitū ⁊ mulgeat̄ sup ipa lac ⁊ pōat̄ sup ea butyrū crudū. ¶ Sitqꝫ intentio tua in hūectando maior intentiōe tua i ifrigidando. Uerūtamē si non īuenis medicias vehemētis hūectatiōis nisi frigidas pone cū eis camemillā. Et fortasse necessariū erit tibi vt eos dormir̄ facias. medicamē tribuer̄ eis in potu. Dabis ergo ei ad bibendū cū aqua gr̄natoꝝ dulciū vt hūectet: aut cū sirupo de prunis vt liniat: aut cū aqua ordei ⁊ ēbroca eos cuꝫ aqua ordei ⁊ cū aqua in qua coctū sit papauer vt dormiant. verum rectius est vt ponas in eo parum camemille: ⁊ emulge sup caput lac ⁊ olea iuuantia ad illud sunt bona. Et qum admistraueris embrocas ⁊ caputpurgia ⁊ olea hūectantia. Ingēia ut dormiat̄ postea fm dispositiōem qua fit somnus ex embrocis ⁊ oleis facientibus subet ⁊ ꝓprie olo ex lactucis. ¶ Et in potu tribue eis qȯ hūectat sicut aqua ordei. ¶ Et non des eis ad potandū aliq̇d qȯ currat cursu oxymellis ⁊ in quo sit subtiliatō ⁊ desiccatō ⁊ incisio. ¶ Et quotiens videris naturam durā clisteriza infirmū ut non eleuent ad caput uapores impedientes ex fece. ¶ Et oportet vt in aquis ipoꝝ des eis in potu radices feni. siluestris ⁊ semē eius ⁊ radicē vitis albe ⁊ est alsesir quoniā sunt iuuatiua. Sitqꝫ iporuꝫ ex eis potō quaqꝫ die aur̄.i. Si aūt ea non biberint abscōde illa in cibis coꝝ. Et corā infirmo sedeat de quo verecūdet̄: ⁊ queꝫ timeat ⁊ strigār coxe ⁊ crura eius semp ut assidue vapor ad inferiora trahatur. ¶ Qȯ si timet̄ ꝙ se ipos ledāt ligen̄t fortiter ⁊ intromittant̄ in cabijs et suspendātur in suspensorio eleuato quod est sicut argeatum. Et oportet vt sint cibi corum

hūidi secūdū omnez hūiditatem. verūtamē opor
tet ne cū sua hūiditate sint ex eis que oppilationes
venire faciunt sicut amilūz ⁊ que similia sunt ei.
Illud enim valde nocet eis ⁊ non detur ipsis qđ
plurimū ꝓuocat vrinā. Illud enī in ipſ nocet. Et
relique cure ipoꝝ in quibus oportet vt sibi time
ant ⁊ sibi caueant sunt cura melancholie ⁊ nos re
memorabimur eius in suo capitlo. ¶ Qūqꝫ decli
nāt non est malū si ad potandū detur eis vinum
plurimū cōmistū. Nā illud hūectat eos ⁊ dormirē
facit.

¶ De melancholia. C. xviij.

Dicitur melāchólia mutatō existimationū
⁊ cogitationū a cursu naturali ad corrup
tionē ⁊ ad timorē ⁊ ad malitiā ꝓpter cō
plexiōem melācholicā faciētem siluestrē spm cere
bri interius ⁊ facientē ipsum timidū ꝓpter tene-
bras ipius sicut tenebre extrīsece sollicitāt ⁊ time
re faciūt fm q̄ cōplexio frigiditatis ⁊ siccitatis con
traria est spūi debilitās ipm sicut cōplexio calidita
tis ⁊ hūiditatis vt cōplexio vini est cōueniens ⁊
confortans. ¶ Qūqꝫ melancholia cōponitur cū ri
xa ⁊ saltu ⁊ scintillis pmutatur ⁊ nomīatur maīa.
¶ Et neqꝫ dicitur melancholia nisi cuius euentus
est a cholera nigra non adusta. ¶ Et melancholie
quidem causa aut est in ipso cerebro: aut extra ce
rebrū. ¶ Et illa que est ī ipo cerebro: aut est ex ma
litia cōplexiōis frigide ⁊ sicce sine materia pmutā
te substantiā cerebri ⁊ cōplexiōem spiritus lumio
si ad tenebras: aut est cum materia. ¶ Et illa que
est cū materia ¶ aut est cū materia que est in vēis
veniens ad eas ⁊ ex loco alio ⁊ cōuertitur ī eis ad
cholerā ni. ꝓpter adustiōem eius que in eis est ⁊
fit fex ⁊ hoc est plurimū: aut est materia ibibita ī
corpore cerebri ⁊ est īpediens cerebrū qualitate
⁊ substantia sua ⁊ effunditur in ventres. Et mul-
totiés fit pmutatiōe ex epilepsia ¶ Illi vero cuius
causa est extra cerebrum cōicat res aliqua ex qua
ad cerbrū hūor eleuatur: aut vapor tenebrosus.
¶ Est ergo res illa: aut in toto corpore qū ei dñatur
cōplexio melancholica. ¶ Aut splē cū in ipo retie
tur melancholia ⁊ non pōt ipam purgare: aut de-
fectus ⁊ non pōt trahere nigrā ex sanguine: aut q̇a
ī ipo ꝑuēit apa: aut nō ꝑuēit. Sed nocumentū ali
ud. ¶ Aut propter uehemētiā caliditatis epatis:
aut est res illa ipsum mirac qū ī ipo adunātur sup
fluitates nutrimēti ⁊ vapores ītestioꝝ ⁊ adurūtur
hūores ipius ⁊ cōuertūtur in genus melancholie ⁊
faciūt euenire apostema: aut si nō faciūt euēire ele
uatur ex eis vapor tenebrosus ad caput ⁊ nomi-
natur hec inflatō mirachia ⁊ melāchólia mirachia.
¶ Et ipa quidē multotiés eleuatur ab apostema
te portenarioꝝ epatis ⁊ aduritur sanguis mirac:
⁊ est illud qđ. G. posuit cām in melāchólia mira
chia. ¶ Et Teofilo q̇dē videtur q̄ eius causa est
vehementia caliditatis epatis ⁊ intestinoꝝ. Et q̇-
dā aliȷ̄ ponūt causam in ea oppilatiōes que fiunt in
mesaraicis. Et si non sit apostema. Sigt ergo q̇
pōit cām in illo oppilatiōem in mesaraicis: ⁊ si nō
sit apostema q̄ nutrimentum ipoꝝ non penetrat
ad venas ⁊ accidit ei corruptō. Et sigt qui dicit il
lud esse ꝓpter apostema lōgitudinē retētiōis cibi
in eis crudi cū dispositiōe sua. Et hoc apostema se

cūdū plrimū nō fit calidum. Sed neqꝫ est illic fe.
⁊ sitis ⁊ vōitus cholerū. ¶ Et qñqꝫ est causa ge-
neratiōis eius aer exterior. Et principiū quidē ge
neratiōis est in cerebro qum in stomacho est apo-
stema calidū ⁊ aduritur vapor eius in hūiditatibꝫ
cerebri. ¶ Aut est in matrice: aut in reliquis mē
bris capiti cōicantibus. ¶ Eius vero que fit a fri
giditate ⁊ siccitate sine materia: causa est malitia
cōplexiōis melācholice in corde cū materia aut si-
ne materia cui cōicat in ipa cerebrū: quoniā spūs
animalis cōtinuus est spiritui vitali ⁊ ex substan-
tia ipius. Quare cōplexio eius corrupta melācho
lica corrūpit cōplexiōem cerebri ⁊ cōuertit ad me
lancholiam. Et qñqꝫ fit ꝓpter causas alias infrigi
dantes ⁊ exiccātes non ex corde solū. Qū tñ non
sit possibile ut fiat absqꝫ cōitate cordis. Immo for
tasse magnitudo cāe in ipo erit ex corde. ¶ Et ꝓpt
hoc necessariū est vt cōsequatur cura cordis cū cu
ra cerebri in hac egritudine. ¶ Et scias q̄ sāguis cor
dis quādo est tersus subtilis clarus letificans resi
stit corruptō cerebri ⁊ rectificat ipm. Immo non
est mirū si sit fm plurimū principiūz illius ex cor
de. Licet non cōfirmetur hec egritudo nisi in cere
bro. nō enīz est nouū ⁊ lōginqū mirū si cordis cō
plexio plurimū corrūpatur ⁊ sequatur eā cerebrū
⁊ corrūpatur cerebri cōplexio ⁊ sequatur eam cor
⁊ corrumpatē cōplexio spiritus in corde ⁊ fiat sil-
uestris ⁊ corrūpat qđ ex eo penetrat ad cerebrū ⁊
iuuat cerebrū ad se corrūpendū. ¶ Et qñqꝫ acci-
dit in fine egritudinū materialiū ⁊ ꝓprie acutarū
mlīa ⁊ est signū mortis ⁊ tunc accidit homini illi
vt recordetur mortis ⁊ mortuoꝝ plurimum. ¶ Et
vniuersaliter quidez cholera nigra multiplicatē ⁊
generatur qñqꝫ cā mēbri opantis nutrimētū qđ ē
epar qum adurit sanguis aut đbilitatur ab expul
siōe supfluitatis milēe ⁊ est minus. ¶ Et qñqꝫ cā
mēbri qđ est euacuatoriū cholere nigre ⁊ est splē
qum debilitat in duabus rebus quaꝝ vna est at-
tractio fecis sanguinis ⁊ cineritatis eius ab epate.
Et altera est expulsio supfluitatis que ex eo ad ip
suz trahitur ad locū qui est p̄paratus. ¶ Et qñqꝫ ge
neratē cholera nigra in mēbro alio: aut ꝓpter ve-
hemētiā adustiōis nutrimenti eius: aut cā defectꝰ
ipius ab expulsiōe supfluitatis nutrimenti sui qua
re resoluit eius subtile ⁊ fit fex spissū ipiꝰ melan
cholicum: aut ꝓpter vehementiā infrigidatiōis ⁊
desiccatiōis eius qđ ad ipm ꝑuenit. ¶ Et quandoqꝫ
etiā fiūt causa in generatione eius cibi generatiui
cholere nigre. ¶ Et quibusdā medicoꝝ visum ē
q̄ melancholia cōtingat a demonio. Sed nos nō
curamus qum physicā docemus. si illud contin-
gat a demonio: aut non contingat postq̄ dicimꝰ
quoiā si cōtingat a demonio sufficit nobis vt con
uertat cōplexiōem ad cholerā nigrā ⁊ fit cā eius
ꝓpinqua cholera nigra: deinde fit causa illius cho
lere nigre demoniū aut non demoniū. ¶ Ex causꝭ
vero fortibus in generatione mlīe est supfluitas
tristitie ⁊ timoris. ¶ Et oportet vt scias q̄ cholera
nigra faciens melancholiā qñqꝫ est cholera nigra
naturalis: aut phlegma qum cōuertit in choleram
nigrā ꝓpter spissitudinem: aut ꝓpter aliquā adu-
stiōem q̄uis hoc sit parū ⁊ rarū: aut sanguis qū ꝓ
pter đcoctiōez cōuertit absqꝫ adustiōe uehemēti.

Humor autem cholericus qum in ip̄o cadit adustio vltima facit maniam ⁊ non est cõtentus sup m̄lĭam. Et vna queq; spetierū cholere nigre q̄ū in cerebro ē mõ p̄dicto facit m̄lĭam. Uerūtamē q̄dam eaꝝ cū m̄lĭa efficit maniā. Illa vero que est magis in columis est illa que fit ex fece sanguinis ⁊ cū qua fit gaudiū. Et m̄lĭa quidem plurimū resoluitur p hēorroidas ⁊ varices. Et q̄nq; minoratur generatõ huius egritudīs in albis ⁊ pinguibꝫ ⁊ multiplicatur i brunis ⁊ piloꝭ extēuatis ⁊ duraꝫ carnē h̄ntibus. Et multiplicatur generatõ ip̄ius in eo cuius cor est vehementer calidū ⁊ cerebrū ip̄sius est h̄ūidū. quare fit caliditas cordis eius generatiua chol̄. ni. in ip̄o ⁊ h̄ūiditas cerebri ip̄ius susceptiua imp̄ssiõis eius q̄d generatur in corde ip̄sius. Ex eis vero qui ad ip̄ꝫ sunt p̄parati sūt trauli ⁊ scyllabā multotiēs ĩpetētes anteq̄ dictionem p̄ferant linguas habentes lenes ⁊ oculos mobiles quoꝝ facies sunt vehementis rubedīs ⁊ brūi ⁊ pilosi ⁊ ꝓprie in quoꝝ pectoribus sunt pili nigri ⁊ grossi quoꝝ vene sūt ample ⁊ labia grossa. Quoniā queda ip̄oꝝ sunt significatiões caliditatis cordis ⁊ queda significatiões h̄ūiditatis cerebri. Et pl̄riūꝫ sūt s̄ꝫ q̄ appet phl̄atici. Et hec q̄dē egritudo plus accidit in viris. Sꝫ i m̄lieribꝫ ē deterior ⁊ multiplicat̄ in iuuenibus ⁊ senibus ⁊ minoratur in hyeme ⁊ multiplicatur ĩ estate ⁊ autumno. Et quandoq; excitat̄ i uere pl̄m quõiā ver eleuat h̄ūores ⁊ p̄miscet eos sanguini. Et q̄nq; est eis excitatõ cū p̄iodis in quibus excitatur cholera nigra ⁊ feruet etiā. Et ad illū etiā qui prep̄atus est melancholie cito p̄ueīt ip̄a q̄ū assunt ei timor: aut angustia: aut insomnietas: aut retinet̄ in ip̄o cõsuetudo cursus sanguinis: aut vomitus melancholicus aut reliqua.

De signis sp̄eꝝ eius. C. xviij.

Signa principij melãcholie sunt existimatio mala ⁊ timor sine cā ⁊ uelocitas ire ⁊ dilectio solitudinis ⁊ tremor ⁊ vertigo ⁊ sonitus ⁊ tinitus ⁊ ꝓprie i mirac. Q̄ū aūt cõfirmata est timor ⁊ malitia existimatiõis ⁊ angustia ⁊ sollicitudo ⁊ alienatõ serõnis ⁊ fastidiū propter multitudinem vētositatis ⁊ sp̄es timoris ex eis que non sunt aut sunt ⁊ plurimū timoris eius est ex eis que non timētur s̄m cõsuetudinē. Et sp̄es quidē iste sunt in͛finite. Quidā enī eoꝝ timent casum celi sup se. Et quidā eoꝝ timēt q̄ terra absorbeat eos. Et quidā timēt latrões. Et alij timēt ne lupus ad eos ingrediat̄. Et q̄nq; res proprie habēt in hoc imp̄ssiões. Et cū hoc q̄nq; imaginant̄ res corā oculis suis que non sunt sane. Et q̄nq; imaginant̄ se ip̄os factos reges: aut lupos: aut demones: aut aues: aut instrūenta artificialia.

Amplius quidā eoꝝ sunt qui ridēt ⁊ ꝓprie quorū melancholia est sanguinea quoniā imaginat̄ q̄d placet ⁊ delectat eos. Et quidā sunt qui plorāt ⁊ ꝓprie quoꝝ melancholia est melãcholia pura. Et quidā eoꝝ sunt qui diligūt mortē. Et q̄daꝫ qui eā abhorrēt. Signa vero eius que in cerebro est sunt ꝓprie sup̄fluitas cogitatiõis ⁊ assiduatio sollicitudinis melãcholice ⁊ assiduus aspectus ad rē vnā ⁊ ad terrā ⁊ siḡnt ip̄am color capitis ⁊ faciei ⁊ oculoꝝ ⁊ nigredo piloꝝ ⁊ capitis ⁊ grossitudo eoꝝ ⁊ antecessio ĩsõnietatis ⁊ cogitatiõūꝫ ⁊ mora ĩ sole ⁊ q̄ similia sunt istis. Et egritudies cerebri antecedentes ⁊ vt assunt signa que dicemus mēbris cerebro cõicantibus p̄uenta: ⁊ vt non appareat iuuamētū q̄ū mēbrū illud medicatur: sed remaneat ⁊ vt sint accidentia valde magna. Eius aūt que facta est cõitate totius corporis est nigredo corporis ⁊ eius arefactõ ⁊ retentõ eius q̄d euacuat̄ ex splene ⁊ stõacho: ⁊ q̄d euacuat̄ cū p̄iodis ex ano ⁊ mēstruis ⁊ multitudo piloꝝ corporis ⁊ vehemēs nigredo ip̄oꝝ ⁊ antecessio ciboꝝ malorū ⁊ melãcholicoꝝ ⁊ quos te docuimus ĩ libro secūdo. Et egritudies quidē quibus succedit melancholia sunt sicut febres tēporales ⁊ p̄misse. Uerū signa eius que facta est ex splene sunt multitudo desiderij ꝓpter effusiõem cholere nigre ad stomachū ⁊ cū paucitate digestiõis ꝓpter frigiditatē cõplexiõis ⁊ multitudo rugitus lateris sinistri ⁊ ĩflatõ splenis. Et illud quidē est q̄d non ab eis separatur. s. repletõ vehemēs ꝓpter inflatiõem. Et q̄nq; est cū ea febris quartana ⁊ natura est lenis: ⁊ q̄nq; mordicatõ choler̄ nigre facit nisi sit maīa.

Sgina aūt eius que est ex stomacho sunt inuentio signoꝝ apostematis stomachi rememoratoꝝ ĩ cap̄lo de egritudibus stõachi ⁊ augmēto egritudinis cū sacietate nauseatiua ⁊ repletiõe ⁊ in hora digestiõis. Et multotiens excitantur cū ea apud comestiõem vsq;quo digerant̄ dolores: deinde q̄escūt apud digestiõem. Si aūt est calidū siḡnt ip̄m inflāmatõ in mirac ⁊ sitis. Et plurimū m̄lĭā habēs est spleneticus. Signa vero mirachie sunt grauitas in mirac ⁊ attractõ ad sup̄iora ⁊ nausea insepabilis ⁊ malitia anime ⁊ corruptõ digestionis ⁊ eructuatõ acetosa ⁊ sputum h̄ūidū ⁊ rugitus ⁊ exitus ventositatis ⁊ inflatõ: ⁊ vt inueniat doloreꝫ in stõacho: aut dolorē inter vtrasq; spatulas ⁊ ꝓprie post cibū vsq;quo digeratur p̄fecte. Et q̄nq; euõit phlegma cholericū. Et q̄nq; euõit phlegma acetosum cõgelās dētes. Et accidūt ei accidētia ex acceptiõe cibi. Immo post ip̄ꝫ p horas aliquas. ⁊ erit egestõ eius phlegmatica cholerica ⁊ alleuiat̄ ꝓpter digõis bõitatē ⁊ augmētat̄ dimĩutiõe ip̄ius ⁊ p̄cedit plurimū ip̄am apostēa in mirac: aut est cū ea ⁊ inuenitur tremor plurimus i mirac ĩ q̄busdā horis. Hec aūt egritudo augmētatur cū sacietate nauseatiua ⁊ velocitate digestiõis. Et dicimus q̄ cholera nigra faciēs melãcholiā q̄ū est cū sanguine est cū gaudio ⁊ risu ⁊ non cõcomitat̄ ip̄aꝫ tristitia vehemens. Si aūt est cū phlegmate ē cū pigritia ⁊ paucitate caliditatis ⁊ quiete. Et si ē cuꝫ cholera est cū agitatiõe ⁊ lesiõe ⁊ demonio ⁊ est similis maīe. Et si fuerit cholera nigra pura tūc cogitatõ in ip̄a erit plurima ⁊ audacia erit minus: nisi moueat̄ ⁊ rixet̄ ⁊ habet odium cuius non obliuiscitur.

De cura. C. xix.

Oportet vt cura eius fieri incipiat anteq̄ cõfirmetur quoiā facilis est in principio ⁊ pua: praua ⁊ difficil̄ q̄ū ē cfirmata: ⁊ necessariū quidē est vt s̄m omnē dispositiõem aīa ip̄ius letificet̄ ⁊ iocūdet̄. Et sedeat in locis temperatis ⁊ h̄ūectetur aer hospitij eius ⁊ odorificet̄ sternēdo odorifera in ip̄o. Et vniuersal̄r oportet

vt semp olfaciat odores bonos ⁊ flores boni odoris. Et sumat cibos laudabilis chimi hũectatiuos valde. Et fiat augmẽtũ in hoc vt corpus eius tenerescat cũ cibis cõueniẽtibus ⁊ balneo añ cibũ. Et effundat sup caput ipius aqua tepida non vehemẽtis caliditatis. Quũqꝫ ex balneo egreditur si parũ sitis habet non est malũ si parũ aque potet ⁊ administret fricatõ tenerũ faciens p̄dicta i caplo de cõseruatiõe sanitatis. Sitqꝫ studiũ tuũ in hũectatiõe ipius supra studiũ tuũ i eius calefactiõe q̄ tũ possibile est: ⁊ alienet a se coitũ ⁊ sudorẽ vehemẽtez. Et alienet fabas ⁊ carnes salitas ⁊ lentes ⁊ caules ⁊ vinũ grossuz ⁊ nouũ ⁊ omne sal ⁊ omne salsuz ⁊ acre ⁊ acutũ ⁊ omne qđ ẽ vehemẽtis acetositatis. Oportet aũt ut sumat pigue ⁊ dulce. Et qũ volũtas adest vt dormiant non ẽbrocent eoꝝ capita nisi cũ aqua papaue. ⁊ cãmille ⁊ albacoẽ. Somnus eni ẽ ex cõueniẽtioribus curis eoꝝ. Uerũ tamẽ succurrat cũ eo qđ tãtũ afferat eis salutis q̄ tũ nocũentũ papauer attribuit. Si aũt mlia fuerit ex malitia cõplexionis singularis fr̃e aut sicce sufficiet vt administres calefactiõem cordis cũ letificantibus ⁊ medicis de muscho ⁊ tyriaca ⁊ mithridato ⁊ similibus. Et cura caput cũ eis que dcã sunt in caplo de stoliditate. Et que ex ea fortis est accidens successiõe alterius egritudis calĩđ facilis cure ẽ ita vt ẽbrocatiõibus rẽoueat. Si aũt est ex materia mlica cõfirmata in cerebro tũc thesaurus cure ipsius est tres res. Prima eaꝝ est euacuatõ materiei: ⁊ fortasse erit p clistere ⁊ uõitũ nisi in illo cuius stõachus est debilis. Illũ eni nũq̄ i hac egritudie võere facias neqꝫ etiã in mirachia.

Et fa ẽ ut admĩstres cũ euacuatiõe hũectatiõez assidue cũ ẽbrocis ⁊ oleis calidis. Et põas in eis ex medicinis sicut cãemillã ⁊ anetũ ⁊ melilotũ ⁊ radicẽ lilij vt nõ ingrosset hũor ꝓpter resolutiõez purã in qua non est leuitas neqꝫ grossitudo vt hũectẽt ⁊ nõ sit in eis resolutõ. Qđ si cholera ni. est elongata a caliditate interest vt addas scebam ⁊ folia lauri ⁊ calamẽtũ cũ hũectatiõe ⁊ nõ cures ⁊ administra cibos gñatiuos sanguis laudabil sicut pisces petrosos ⁊ carnes laudabiles p̄dictas. Et in q̇busdã horis vinũ albũ pmistũ p̄ter antiquũ ⁊ forte. Et tertia est vt administres cõfortatiõem cordis si sentit cõplexiõem frigidã cũ letificãtibus calidis. Et si sentit cõplexiõez declinãtẽ ad caliditatẽ cũ letificãtibus tẽpatis. Et si caliditas est valde fortis tũc administra letificãtia frigida multe frĩtatis. Et illud q̇dẽ scies ex pulsu. Incipiamus aũt distinguere regimia ista. Et dicamus euacuatõ q̇dẽ ita faciẽda ẽ. Nã si vides uenas plenas qualrcũqꝫ sit tũc cholera nigra est sanguĩea. Phlebotõa igit ex nigra. Immo oportet fm oẽz dispositiõem vt a phlebotõia incipias: nisi timor vehementis debilitatis affuerit. Et scias q̄ si materie sunt pauce ⁊ sunt in cerebro tantũ q̄ tũc siccitas dñat sup cõplexiõem. Amplius si phlebotõas ⁊ inuenis sanguinẽ subtilez nõ retineas sanguinẽ ꝓpter hoc quoniã multotiẽs in ipa p̄cedit subtilis. Et similr oꝫ vt amplifices phlebotõia vt nõ effluat qđ subtile est ⁊ augeatur malitia ⁊ retineat grossum. Et cõsidera qđ duoꝝ laterũ capitis sit g̃uius ⁊ phlebotõa cephalicã que sequit ipm. Et qñqꝫ necessariũ erit tibi vt phlebotões basilicã ⁊ añ phlebotomiã venaꝝ frõtis moue plus qũ inuẽis signa cõia.

Deinde si inuẽis hũorẽ mlicũ ⁊ decliuem ad frigus euacua cũ pillis factis ex epithymo ⁊ aloe ⁊ helleboro nigro ⁊ incipe a digõe. Amplius euacua in pricipio rei cũ medicis lenibus in q̇bus recipiũtur epithymũ ⁊ pulpa colloquintide ⁊ scamonee parũ: deide cũ decoctiõe in qua sint epithymũ ⁊ agaricũ: Postea si nõ cõferũt administra hieras magnas: deide si post illđ indiges euacuatiõe administra helleboꝝ cũ timore ⁊ cautella ⁊ lapidem lazuli ⁊ lapidẽ armenũ ⁊ pillas factas ex eis sine timore ⁊ cautella. Et multotiẽs q̇dẽ iuuat eos administratõ haꝝ medicinaꝝ predictarũ i aqua casei fm assiduatiõem ⁊ minoratiõez phlegmatis ex medicina. Si ergo nõ cõferũt reitera iterũ ⁊ in omni ebdõada euacua vice vna cũ pillis subtilibus medijs. Et iter spatiũ illud administra triferã epithymi. Expertũ naqꝫ est potare eos triferam epithymi fm hũc modũ. Sumãtur trifere. ℥. iij. epithymi. ℥. i. hiere. ℥. ß. ⁊ in omni mẽse euacua cũ aliqua forti ex hieris magnis ⁊ pillis magnis donec inuenias egritudinẽ iã remotam. Et administra etiã võitũ ꝓprie si vides in stomacho aliquid qđ in egritudine faciat augmẽtuz. Et si nõ est egritudo vehemẽtis debilitatis ⁊ oꝫ vt fiat uomitus cũ aqua i qua cocta sint calamẽtũ ⁊ rhaphãi semẽ ⁊ recipiat expressiõem rhaphani in quo infixus est helleborus ⁊ dimissus aliquot diebꝰ donec currat i ipo virtus eius cũ oxymelle ⁊ sumat hũc eũdẽ rhaphanũ infusuz in oxymelle. Sitqꝫ q̄titas oxymell triuz sextariorũ ⁊ q̄titas exp̄ssionis eius sextarij vnius ⁊ augeat illđ ⁊ minuat fm q̄titatẽ virtutis. Si aũt virtutis tiẽs debilitatẽ aliẽa helleborũ. Quũqꝫ purgaueris intẽde ad cor cũ eis que multotiẽs diximus. Et hec quidẽ trifera epithymi expta est in hoc caplo. Quũ ergo antiquatur egritudo administra võitũ cũ helleboro ⁊ administra masticatiões ⁊ gargarismata nota ⁊ administra odoramẽta bõa ⁊ muschuz ⁊ ãbrã ⁊ alseniati ⁊ xiloaloen. Et si materia fuerit decliuis ad cholerã citrinã euacua cũ decoctiõe epithymi ⁊ pilulis stomaticis tempatis: ⁊ ex eis quidez que euacuãt cholerã adustã sunt ea que dicunt in caplo suo. Et tu quidẽ adde in hũectando ⁊ minora ex calefactõne q̄uis nõ sit tibi excusatõ ex camemilla ⁊ q̄ sunt in eius virtute. Quũqꝫ administras ẽbrocas nõ est via ad administrandũ ĩfrigidãtia pura sup caput.

Quidã aũt antiquoꝝ medicoꝝ laudauerunt in huiusmodi loco vt sumat ex aloe omni die in ieiuno aliq̄tulũ: aut deglutiat in die aquã i qua cocta sunt apsinthij. ℥. iij. ⁊. x. kerates expressiõis apsinthij dissoluti in aqua ⁊ laudarunt vt absorbeat omni nocte acetũ forte ⁊ p̄cipue acetũ squilliticũ.

Nos aũt timemus in eo malitiã squille ⁊ aceti in hac egritudine nisi assit fidutia q̄ materia sit generata ex cholera adusta quoniã ẽ calida. Nã tunc acetũ est magis iuuatiuũ ei alijs r̃bus ⁊ p̄cipue sq̄llliticũ ⁊ oxymel factũ cũ oxymelle squillitico: ⁊ similiter acetũ in quo ponitur poliũ montanum aut aristol. Et qñqꝫ etiã iuuat acetũ qũ egritudo fit cũ cõitate splenis ⁊ materia est in ipo: ⁊ oportꝫ vt fiat bonus odor eius cũ cõpositis equalibus in

quibus recipiũtur cãfora ⁊ muſchus ⁊ oleũ viol̃ ⁊ ſit multũ vincens cũ odore ſuo ſiccitatẽ canfore ⁊ muſchi ⁊ odoramenta frigida reliqua bñ redo tẽtia hũida ⁊ ꝓprie nenufar. ¶ Qđ ſi cã i melã cholia fuerit apoſtẽa in ſtõacho ⁊ viſceribus: aut cõplexio calida in eis aduſta ſucurres illi cũ eis q̃ infrigidant caput ⁊ hũectant ipm̃ ⁊ cõfortant vt nõ recipiat qđ pueit ad ipm̃ ab aliĳs. ¶ Et ſi fue rit cã in mirac ⁊ inueniũt vẽtoſitates ⁊ rugitus ⁊ his ſimilia. Quoniã illđ eſt apoſtẽa in mirac calidũ cura ipm̃ ⁊ reſolue cũ eis que ſũt neceſſaria de quibus dictũ eſt in caplõ de apoſtematibus ⁊ conforta caput ⁊ inunge ipm̃ cũ oleis confortatiuis ⁊ hũectatiuis ⁊ adminiſtra vẽtoſas cũ ſcarificatione euacuãdo ſanguinẽ ⁊ non calefacias in huiuſmodi diſpoſitiõe epar ¶ Jmmo tibi attinet vt ipm̃ ĩfrigides qñ ĩueñis ipz calidũ adurẽtẽ ſanguinẽ ſua caliditate ⁊ cõforta ſplenẽ. Et pone ſup mirac vẽtoſas ⁊ medicamẽ de ſinapi ⁊ ſimilia vt non mitat ſplẽ ad cerebrũ materiã ¶ Et ſi fuerit mirac frigide cõplexiõis inflãtis ipm̃ ⁊ nõ fuerit ibi apoſtema neq; inflãmatõ dabis ei ad potandũ aquam decoctiõis abſinti ⁊ ſucũ eiꝰ ſm ꝙ dictũ eſt. Et ẽbroca ſtõachũ ipius cũ ẽbrocis calidis p̃dictis ⁊ fac ei ẽplm̃ cũ ill̃ empl̃is ⁊ admĩſtra i eis ſemẽ agni caſti ⁊ ſemẽ rute ⁊ radicẽ liliĳ ⁊ etiã herbam marie. Et retie ẽplm̃ ſup ipm̃ tẽpore lõgo. ¶ Deĩde qñ ipſuz retinueris põas vẽtoſas ſup locũ ⁊ ſup cũ ſit cottũ infuſum in aqua calida ⁊ ol̃is: aut lana carmiata: aut ſpõgia ⁊ cõfert vſus ẽpl̃i ex ſinapi ſup ipm̃: ⁊ ſuper illđ quod eſt inter duas ſpatulas ⁊ ẽpl̃a dcã in antidotario. ¶ Et cõfert vt põant ſup ipm̃ vẽtoſe abſq; ſcalpelatiõe: niſi illic ſit apoſtẽa: aut dolor ꝓhibens illđ. Et multotiẽs qdẽ neceſſariũ eſt vt ad potãdũ dent in mlĩa inflatiua ſemẽ apĳ ⁊ cyminũ ⁊ aniſũ ⁊ ſirupi in quibus ſemĩa iſta decoq̃tur ⁊ ruta ⁊ anetũ ¶ Jmmo qñz neceſſariũ tibi erit vt admĩſtres ſemẽ rute ⁊ agni caſti. ¶ Et multotiẽs indiget mirachia antiqua võitu cũ helleboro al. ¶ Et oꝫ plurimũ in mlĩa mirachia vt rectificet epar ne ex eo generetur cholera nigra. Et multotiens iuuat habentes mlĩaz mirachiã ẽt vt admĩſtres in frigidãtes: vñ ſunt hũectantes ⁊ oppoſite ꝓpter cholerã nigrã. ¶ Et qa ipe ſunt ꝓhibitiõem facientes in generatiõe vẽtoſitatis ⁊ vaporis que vtraq; impediũt ſua eleuatiõe ad caput. Si tñ eſt iuuamẽtũ cũ frigido non eſt inde iuuamẽtũ verũ abſcidẽs egritudinẽ. ¶ Sed ex frigido qñ eſt hũidum nõ generatur cholera nigra ⁊ abſcinditur materia eiꝰ. Nꝫ etiã vaporat materia cõprehẽſa ⁊ fidutia eſt ꝙ natura dñabit ei ⁊ rectificabit eã. ¶ Et ſcias ꝙ regimẽ groſſuz generatiuũ phl̃atis fortaſſe reſiſtit cholere nigre. Et regimẽ ſubtiliatiuũ ꝓpter illud qđ efficit ex aduſtiõe facile nocet ⁊ fortaſſe iuuat ipm̃. Nõ ergo ſeducat te iuuatiuũ quorũdam propter phl̃a qđ ipi euacuant võendo aut egerẽdo. Nã illud nõ eſt ꝓpter euacuatiõez phl̃atis iuuantẽ ipos. Jmmo quõiã multititudo ⁊ cõp̃hẽſio humoꝝ ad inuicẽ remouet ab eis. verũ iuuatiuũ eſſẽtialiter eſt euacuatõ cholere nigre. Et canõ quidẽ curatiõis mlĩe eſt vt pueias vſq; ad vltimũ ĩ humectatiõe: ⁊ cũ hoc nõ minus in euacuatiõe cholere nigre. Et quotiẽſcũq; corrũpit cibus in ventribus hñtiũ mlĩaz duc eos ad hoc vt ipm̃ euõant ⁊ ꝓprie qñ ſentiũt acetoſitatem in ore. Oportet eniz vt tũc ꝓculdubio eos võere facias ⁊ ꝓhibe eis ne cõcedãt poſt cibũ illũ aliũ: ⁊ adminiſtra electuaria cõfortantia os ſtõachi. Et caueãtur ab ingreſſu balnei ⁊ ab intromiſſiõe cibi ſup cibuz iam corruptũ. ¶ Et oꝫ vt mlĩaz habẽtes i aliquo ſint occupati quocũq; mõ ſint: ⁊ vt eis ſint p̃ſentes đ quibus verecũdent ⁊ cũ qbus g̃tulentur ⁊ vinuz albũ equale pmiſtũ parũp. Et occupent etiã cũ cãtilẽis ⁊ letificãtibus: nihil eniz eſt eis nocibilius q̃ timor ⁊ ſolitudo. ¶ Et multotiẽs qdẽ iuuãt eos accñtia euẽiẽtia ipſ vt timeãt aliquid: ⁊ occupent ea cogitatiõe ⁊ facere vt ipi a cogitatiõe remittantur eſt cura eius optima. ¶ Qđ ſi cã fuerit ꝓuocatõ retẽta mẽſtruoꝝ: aut eius qđ p anũ egredit̃: aut reliqua ꝓuocabis illđ. ¶ Si aũt accidit caſus deſiderĳ tũc egritudo eſt mala ⁊ ſiccitas eſt extenſa. ¶ Et qñ accidũt in corporibus eoꝝ vlcera ſig̃nt ꝙ mors eſt ꝓpinqua: ⁊ in cuiuſq; corpore fuerit cholera nigra mobil̃ erit magis ſuſceptibilis cure q̃ ille cuius cholera ni. nõ eſt mobil̃: ⁊ eius cholera ni. appet in egeſtiõe ⁊ võitu ⁊ vrina ⁊ in colore cutis ⁊ lẽtiginibus ⁊ pãno ⁊ vulceribus ⁊ ſcabie ⁊ varitibus ⁊ elefãtia ⁊ curſu eiꝰ qđ ex ano ꝓfluit tũc illđ ſig̃t ꝙ ipa r̃cipit diſcretiõez a ſãguie. Qñq; aliquid eoꝝ in eis appet eſt ſignũ bõitatis. ¶ Et qñ aliquibus ipoꝝ accidit ſpaſmus poſt ſolutiõem ⁊ euacuatiõem: tũc ipi ſunt digniores illa q̃ aliĳ ꝓpter ſiccitatem ipoꝝ. Oportet ergo vt in aqua tepida ſedeãt ⁊ cibent pane infuſo in iuleb ⁊ pauco vino: ⁊ det̃ eis in potu aqua miſta. Deinde dormiãt ⁊ poſt ipm̃ balneẽtur: deinde cibent̃ qñ egrediuntur.

¶ De cutubut. C. xx.

Species eſt mlĩe plurimũ euẽiẽs i februario que facit vt hõ diligat fugere ab hominibus viuis ⁊ cupiat aꝓpiquare mortuis ⁊ ſepulcris cũ malitia formatiõis ĩpẽte ei eueniẽtis. ¶ Et eſt ꝓceſſio hñtis eã nocturna ⁊ ipius occultatõ ⁊ egreſſio diurna. ¶ Er totũ illđ facit diligẽdo ſolitudinẽ ⁊ elõgatiõez ab hominibus: ⁊ cũ hoc nõ quieſcit i loco vno plus vna hora. ¶ Jmmo nõ ceſſat diſcurrere ⁊ ãbulare inceſſiõe diuerſa ignorãs quo vadãt cauẽdo ſibi ab hominibus. ¶ Jmmo qñq; nõ cauet ſibi ab eis negligens penitus illđ ⁊ parũ diſcernẽs illđ qđ videt ⁊ ei fit p̃ſens. ¶ Et cuz hoc ipe eſt in vltio quietis ⁊ ſolicitudis ⁊ querimonie ⁊ cautelle. ¶ Et color eſt citrinus faciei ligua ſicca ſitiẽs ⁊ ſup crura ipius ſunt vlcera que nõ cõſolidantur. ¶ E eius qdẽ cã eſt corruptõ materie melancholice ⁊ ml̃titudo motus pedũ eius: qaũ materie ad ipos deſcẽdũt: ⁊ p̃cipue quia eſt omni hora offendẽs ⁊ occurrit pedibus illiꝰ aliquid: aut ipſuz mordet canis: ⁊ fit illud cã vt effũdatur multitudo materieꝝ ad crura eius: quare fiunt in eis vlcera: ⁊ quoniã remanet ſm diſpoſitiõez ſuaz ⁊ diſpoſitiõem cauſaꝝ ſuaꝝ nõ cõſolidant̃. ¶ Et fit ſiccus viſus eius: nꝫ lachrymãtur oculi ipius ⁊ eius oculi ſunt debiles ⁊ ſubmerſi: ⁊ totũ illđ eſt propter ſiccitatẽ oculoꝝ cõplexionis ipius. ¶ Et hoc neq; nõiatur cutuben niſi ꝓpterea ꝙ eã habens fugit abſq; ordine: ⁊ quoniã eius inceſſio ẽ diuſa.

Ignorat ergo qua parte incedit: ⁊ est quasi fugiēs
ab indiuiduo appēte ei. Nā ipē ꝓpter paucitatem
sue ẜuatiōis ⁊ defectū rectificatiōis cōsilij sui inci-
pit in parte sua moueri obuiās alij in diuiduo: qua
re iterū fugit ad partē aliā. Et cutubut quidē ē be
stiola existēs in sup̄ficie aque que sup eā mouetur
diuersꝭ motibus sine ordīe. Et quacūq; hora aliq̄d
accidit ei fugit ex eo qđ ipi accidit deinde appet.
¶ Et dicit bestiola alia nō q̄escens: ⁊ dicitur esse
masculus ex saal ⁊ dicit̄ esse vulpis babamacu.
uerūtñ magis similia nr̄o loco sūt duo prius dcā.
¶ Et cā quidē huius egritudis est cholera adusta
⁊ melācholia.

¶ De cura. C. xxi.

Cura huius egritudis est cura ipīus mlīe
quum est ex cholera aut mlīa adusta.
¶ Et oꝫ vt in eius phlebotōia ad hoc ꝑ
ueniat vt sanguis plurimus ex eo egr̄diat̄ ⁊ male
factiōi ꝓpinquus fiat ⁊ regat̄ cibis laudabilibus ⁊
balneis bōis. Et det̄ ei ad potādū aqua casei tribꝫ
diebꝫ. Et post illud euacuet̄ humor cū hiera Ar
chigenis: deiñ īgēiet̄ ut dormiat: deiñ cor eius cō
fortet̄ post euacuatōneꝫ cū tyriaca ⁊ q̄ cursu eius
ꝓcedūt ⁊ cū hoc ualde humectet̄ ⁊ ēbrocet̄ cū in-
frātibꝫ vt nō agregetur calefactio illaꝝ medi-
cinaꝝ q̄ necessarie sunt motibus exercitatiuis. ue
rūtamē necesse est ut calefiat cor eius cū eo quod
ipsum cōfortat ⁊ humectet̄ corpus ipsius ⁊ fiat ut
dormiat ⁊ tēperet̄ eius cōplo. Cōplementū uero
cure eius est dormitatio plurima ⁊ ut det̄ ei in po
tu epithymū quandoq; ut quiescat eius natura ⁊
abscidatur eius cogitatio. Et qū in ipā non cōse-
rūt medicamē ⁊ cura flagellet̄ ⁊ fiat ut dolorē sen
tiat ⁊ ꝑcutiat̄ caput eiꝰ ⁊ facies ipsius ⁊ cauterizet̄
eius synciput quoniā sanatur ꝙ si redeat redeat̄.

¶ De ilisci. C. xxij.

Hec egritudo est sollicitudo melīca simil
melīe in qua homo sibi iam induxit inci
tatiōeꝫ cogitatiōis sue sup pulchrytudie
quarūdā formaꝝ ⁊ figuraꝝ que insunt ei. Deide
adiuuat ipm̄ ad illud desideriū eius ⁊ nō cōsequi
tur. ¶ Et signa q̄dē eius sunt ꝓfunditas oculoꝝ
⁊ siccitas ipōꝝ ⁊ priuatō lachrymaꝝ nisi qū fletus
adest ⁊ motus cōtinuus palpebraꝝ risibilis quasi
aspitiat aliquid pulchrū delectabile: aut audiat ru
morē iocūdāteꝫ: aut letificet̄. ¶ Et est sp̄us eius
plurime intersectionis et reuersionis et fit mul
te eleuationis et alteratur dispositio ipsius ad ri-
sū ⁊ letitiam ⁊ ad tristitiam ⁊ fletū qū amoris can
tilenas audit: ⁊ p̄cipue qū fit remēoratō repudij ⁊
elōgatiōis. Et sunt oīa mēbra eius arefacta p̄ter
oculos: quoniā ipi sunt cū sua ꝓfūditate g̃ues ma
gne palpebre sunt grosse ꝓpter vigilias ipius: ⁊
ploratū eius qui fit cū singultu euaporāt ex capite
eius ⁊ eius figuris nō est ordo. ¶ Et pulsus ipius
est pulsus diuersus absq; ordīe oīo: sicut est pul-
sus habentiū tediū. Et eiꝰ quidem pulsus ⁊ dis-
positō ipius alterātur qū fit r̄mēoratō eius quod
diligit̄ ꝓprie: ⁊ qū obuiat ei subito. Et possibile
est ex hoc significare quis sit ille qui diligit̄ qū nō
cōfitet̄ ipm̄. Cogitatō aūt eius qđ diligit̄ est vna
uiaꝝ cure ipiꝰ: ⁊ igēiū i hoc ē vt nōia plura nōiēn
tur iterādo multotiens ⁊ sit manus sup pulsuꝫ ipsi
us. Qūq; pp illđ diuꝰsificat̄ diuꝰsitate magna ⁊ fit si
milis intersectō: deinde iteratur ⁊ expit̄ illđ mul-
totiēs scit̄ ꝙ illđ est nomē eius qđ diligit̄: deinde
similr̄ remēorētur figura ⁊ māsio: ⁊ illud in quo
valet ⁊ artes ⁊ genus ⁊ regiōes ⁊ cōpet̄ ad nomē
eius qđ diligit̄ vnūqđq; eoꝝ ⁊ ẜuet̄ pulsus ita vt
qū alteratur apud remēoratiōeꝫ vnius rei multo
tiens agregent̄ inde ꝓprietates eius qđ diligit̄ ex
nōie: ⁊ ex eo in quo p̄uelet ⁊ cognoscit̄ illđ. Nos
eniꝫ iā expti fuimus illđ ⁊ inuēimus iuuāentū i fa
ciēdo morā in illo. ¶ Amplius qū nō inuēit̄ cura
nisi regimē cōiūctiōis inter eos ẜm modū ꝓmissio
nis fidei ⁊ legis fiat. Et nos quidē iā vidimus cui
redita est salus ⁊ virtus ⁊ redījt ad carnē suā quꝫ
iā ꝑuēisset ad aīfactiōeꝫ ⁊ ꝑtrāsisset ipāꝫ. Et tolle
rasset egritudīes ꝑuas antiquas ⁊ fe. lōgas ꝓpter
debilitateꝫ virtutis factaꝫ ꝓpter nimietatē ilisci.
¶ Nā qū sentit applicatiōeꝫ eius qđ diligebat eua-
nuit qđ habebat in breui tēpore ⁊ existimauimus
mirabile esse ⁊ significauimus obediētiam nature
meditatiōibꝫ.

¶ De cura. C. xxiij.

Considera an eius dispositō ꝑuenerit ad
adustiōeꝫ hūoris ꝑ signa que nosti ⁊ eua
cua. Deinde administra eis somnū ⁊ hu
mectatiōem ⁊ nutrimētū ipōꝝ cū laudabilibus ⁊
fac ipōs balneari ẜm cōditiōeꝫ hūectatiōis notaꝫ.
¶ Et si casus eoꝝ in disceptatiōibus ipōꝝ ⁊ occu
patiōibꝫ ⁊ cōtrouersꝭ ⁊ vniuꝰsalr̄ i r̄bꝫ negotiosꝭ.
Illđ ei facit eos fortasse obliuisci delectatiōis eoꝝ
aut igēiet̄ ut ipi diligāt illud ab eo qđ diligūt qđ
fit ex eis que lex ꝑmittit. Deinde cogitatō ipōꝝ
a secūdo abscindatur anq̄ꝫ cōfirmetur. Et postq̄ꝫ
obliti fuerint primi. ¶ Si aūt ille qui diligit fue
rit ex ratiōabilibꝫ tūc adortatō ⁊ correctō ⁊ vitu
peratō illius ⁊ coartatō illius ⁊ transformatō ad
ipm̄ ꝙ illud qđ habet non est nisi solicitudo me
lancholica ⁊ ꝑcussio demonis erūt ex eis que mul
tū iuuabūt. Verba eniꝫ in hoc caplō coferūt. Et ēt
vetule ad eū incitent̄ vt vitupent illđ qđ diligūt
ipi ⁊ remēorent̄ eius dispositiōes ⁊ narrent ei res
aliquas de ipō ex q̄bus erroē incurrat ⁊ narrēt ei
de ipō vitupatiōes multas. Hec eniꝫ sunt ex eis
que sedāt plurimū q̄uis sit ex eis que alios cōso-
lent̄. Et ex eis que ad illos iuuant est vt narrent
vetule iste formas eius qđ diligit̄ cū similitudini
bus fetidis: ⁊ assimilent̄ mēbra faciei eius cū nar
ratiōibus horribilibus ⁊ assiduēt illđ ⁊ ꝑseuerent
in ipō. Hec eniꝫ sunt ipāꝝ opa ⁊ sunt prudentio-
res in hoc viris nisi mollibus. Ipis naq; inest ars
nō breuior arte vetulaꝝ: ⁊ ꝓpterea possibile est
eis vt inuēiāt qualiter ꝑmutēt amorē diligētis ad
illđ qđ nō diligit̄ gradatiꝫ. Deinde abscidāt opus
suū anteq̄ꝫ cōfirmet̄ amor secūdus. ¶ Et ex occu
patiōibus p̄dictis est corruptō puellaꝝ ⁊ plurimꝰ
cōcubitus ipāꝝ ⁊ renouatō ipāꝝ ⁊ delectatō cū ip
sis. Et q̄dā homīes sunt quos sanat letitia ⁊ audi-
tus cātilene. Et q̄dā sunt quos illđ augmentat in
ilisci. Et possibile est vt sit illđ venatō: aut spe
cies ludi ⁊ dignitates assumpte ex regibus ⁊ simili
ter sp̄es tristitie magne oia sūt sanātia. ¶ Et for
tasse necessariū erit vt isti regant̄ regimine hūtiuꝫ

m͞lia et mania et alcutubut: et vt euacuent humores eorum p͞dicti cum bieris magnis et humectent cum eo quod dictum est ex humectantibus: et illud est quod permutatur cum moribus suis et sanitate corporum suorum et similitudine ipsorum.

Tractatus quintus de egritudinibus cerebri in operationibus motus.

De vertigine. Capitulum i.

Vertigo est vt habenti ipsam imaginetur quod res super ipsum voluatur et quod eius cerebrum et corpus ipsius reuoluantur quare non regit se ita vt firmetur Immo cadit et multotiens quidem abhorret voces et accidit ei ex obuiatione sui ipsius sicut illud quod accidit ei qui reuoluit super se ipsum multotiens cum velocitate. Non enim figit sedens aut stans aut aperit oculos. Et illud est propterea quod accidit spiritui in ventribus cerebri eius et in venis et arterijs eius ex obuiatione sui ipsius illud quod accidit ei qui reuoluit reuolutione continua. Et differentia quidem inter vertiginem et epilepsiam est quod vertigo quandoque manet tempore aliquo. Epilepsia vero fit repente et cadit eam habens silens et sanatur. Vertigo autem est vt quando homo stat vel surgit obtenebrentur eius oculi et excitatur ad hoc vt cadat. Et que ex ea fortis est similis est epilepsie. Verumtamen non sibi cum spasmo sicut fit epilepsia. Et hec quidem vertigo quandoque accidit homini propterea quod reuoluit se ipsum et reuoluuntur vapores et spiritus in se ipso sicut reuoluitur vas continens super aquam tempore aliquo: et quoniam reuoluit spiritus imaginatur homo quod res voluantur. Nam equale est siue diuersificet proportio partium spiritus ad partes mundi continentis ipsum ex parte spiritus: siue diuersificetur illud ex parte mundi quod fuerit sensibilitas per eas: et sunt reuolutiones que sunt propter oppositiones. Nam qui sentiens mouet permutatur opposita sicut qui mouetur sensatum. Et hec quidem vertigo quandoque fit propter considerationem etiam ad res que voluuntur ita vt infigatur forma illa sensata in anima. Et propter hoc dicitur quod omnes operationes sensibiles pendent ex instrumentis corporeis patientibus. Quorum primum et dignius est spiritus sensibilis. Et remanet in ipso ab omni sensato forma ipsius post eius separationem quod sensatum est forte. Omne enim sensatum non efficit in instrumento sensibili nisi formam que est sibi similis. Deinde firmatur forma illa et euanescit cum quantitate receptionis instrumenti et fortitudine sensati. Eius vero expositio in scientia continetur naturali. Et quantumcunque fuerit corpus debilius erunt passiones iste fortiores sicut in egris. Egritudo enim plurimum in hoc sequitur elongationem ita vt appareat eis se per quod reuoluantur cum paruo motu ipsorum. Non enim indiget in motu vt inuigant eis quatenus in motu vehementer perseuerent propter debilitatem ipsorum. Nam spiritui eorum accidunt nocumentum et passio et commotio.

Et quandoque quidem vertigo ex causis corporeis aut presentibus in vacuitate cerebri contentis in ipso ex vaporibus procedentibus in venis que sunt in ipso et in neruis: aut ex humoribus contentis in ipso omnis generis que euaporant cum paruo motu aut caliditate. Qui ergo mouent vapores illi mouent motu suo spiritum animalem qui non digeritur et rectificatur nisi in venis illis.

Deinde requiescit in substantia cerebri: postea dispergit in neruis ad corpus. Aut propter multitudinem vaporum iam retentorum in ipso ascendentium ad ipsum ex locis alijs: deinde quiescentium in ipso remanentium in ipso ab egritudine acuta antecedente: aut egritudine frigida. Et erunt ventositates inflantes quas mouebit virtus digestiua et resolutiua. Et quandoque fit non propter motum vaporum in cerebro: sed propter malitiam complexionis diuerse in ipso ex qua consequitur excitatio motus agitabilis in spiritu non cum motore corporeo permiscente ipsum ex vapore: aut alio sicut accidit illud ex motu diuerso proueniente ex aqua et igne qui aggregatur. Et quandoque fit ex motore spiritus exterius sicut percussione capitis et fractione cranei ita vt comprimatur cerebrum et spiritus quietus et sequatur ipsum motus diuersi circulares vndosi sicut accidit in aqua ex percussione granis super eam: aut casu verberationis fortis super dorsum ipsius. Reuoluuntur enim vnde eius et casus verbi gratia in aere. Sed corpus aereum est dignius: sed tamen non sentit. Et quandoque fit ex vaporibus ascendentibus ad cerebrum in dispositione suarum ascensionum. Et si non sint generati in substantia cerebri neque retenti in ipso antiquitus. Nam qui ad ipsum ascendunt mouent ipsum: et quandoque fit ascensus eorum ad ipsum: aut in transitibus neruorum et est ex stomacho et cisti fellis: aut mediate stomacho et vesica et matrice et velamine que eis adueniunt egritudines: aut mouent humores qui sunt in eis. Illud enim plurimum fit ex stomacho et post ipsum ex matrice recipiente superfluitates: et aut in venis et arterijs: aut occultis: aut manifestis. Vaporis autem materia quandoque est cholera et quandoque est phlegma. Et vertigo quidem phlegmatica similis est epilepsie. Et multotiens fit continuitas scotomie et vertiginis non propter materiam comprehensam: immo propter rem incipientem continuari cum cerebro sua qualitate et facit possidere scotomiam et vertiginem sicut accidit qui est vacuitas et fames quibusdam hominibus et proprie eis qui famem non tollerant propterea quod os stomachi eorum ledit cui cerebrum communicat. Et quandoque fit vertigo et scotomia ferm[e] sensitiua crisis. Et vertigo quidem frequens et proprie in decrepitis nuntiat apoplexiam. Et similiter vertigo eueniens successione stuporis communicatis membrum: et quandoque soluit vertiginem soda accidens.

De signis eius. Capitulum ij.

Facta autem ex reuolutione hominis super se ipsum: aut consideratione ipsius ad res reuolutas et lunolas qui non sedet nota est per se ipsum: et similiter que fit a percussione aut casu. In ea autem que fit a retentione materiei vaporosarum procedentia in cerebro: aut generatarum in ipso cerebro est egritudo assidua et non sequens egritudinem in aliquibus membris et non est excitata cum repletione et sedata cum vacuitate: et quandoque antecedunt ipsam dolores capitis et sonitus et tinnitus et grauitas est in capite et inuenit tenebrositatem in visu suo fixam: et inuenit in sensibus abbreuiationem ita vt sit in gustu et odoratu et sentit in arterijs anterioribus pulsationem vehementem et inuenit grauitatem in odoratu. Et si fuerit humor qui est in cerebro: aut in alijs membris humor ex quo excitantur vapores phlegmatici erit grauitas et timor vel tumor et multitudo somni et signa phlegmatis predicta in canone. Et si fuerit cholera erunt vigilie et inflammatio sine multitudine grauitatis et imaginationes citrine

aurec. Et si fuerit sanguis erūt vene inflate ⁊
facies ⁊ caput ⁊ oculi rubei ⁊ calidi ⁊ erūt ḡuitas
⁊ somnus ⁊ lassitudo ⁊ pulsatō. Et si fuerit a me
lancholia erit ḡuitas cū quātitate ⁊ erūt vigilie ⁊
imagiatiōes laminaꝝ ⁊ capilli nigri ⁊ cogitatō cor
rupta ⁊ reliqua signa p̄dicta. Qd̄ si eius cā fue
rit a stōacho erit cū destructiōe desiderij: aut im-
pedimēti in ip̄o: aut corruptiōe in digōne ⁊ trēor
cordis ⁊ lassitudie sp̄us ⁊ erit pmutatō in stōacho
⁊ decliatō nocūenti ad an̄teriorē ptē cerebri ⁊ me
diā ip̄ius ⁊ nō elōgat quin pueniat ad ip̄ius poste
riorē: ⁊ diuersitas dispositionis situs: qn̄qꝫ enim
sedat ⁊ qn̄qꝫ augmētat ſm repletiōem ⁊ vacuita-
tē. Et fit sucessiōe sacietatis nauseatiue a cibo pre-
terite ⁊ inuēit ēt dolores in stōacho ⁊ inflāmatio-
nē in qbusdā horis ⁊ fit in via cōitatis neruoꝝ ⁊ i
uēit an̄ ip̄am ⁊ apd̄ eius reuersiōem in postremo
ip̄ius dolorē post syncipul apud originē lp̄is sexti
in ptibus colli. Et si ē ex matrice p̄cedūt ip̄a p̄
focatō matricis: ⁊ retētō spmatis ⁊ mēstruoꝝ ⁊
apostēata i ip̄a. Et simil'r si est ex vesica: ⁊ si ē
ex pricipio mēbroꝝ oīuꝫ: aut ex origie nutrienti
qd̄ est epar: aut ex origie sp̄us qui ē cor ⁊ eiꝰ trā
sit aut in vēis ⁊ arterijs ortis ex eis: aut in illis q̄
sunt post aurē: aut in ill' que sunt in collo. Et illiꝰ
quidē signū ē vt sit cū pulsatiōe vehemēti ⁊ tēsio
ne vt corde venaꝝ que sunt in collo ⁊ vt nō iue
niat dolorē de quo sit curādū in collo ⁊ membris
eius neqꝫ i reliquis neruis. ⁊ qū uides arterias ex
trisecas extēsas apud collū ⁊ alleuiatur cuꝫ manu
tua pulsū p̄hibēs: aut ligamētis latioꝝ: aut plūbo
aut linis sup ip̄ꝫ stiptica p̄dcā tūc scis q̄ cursꝰ est i
eo ⁊ si nō tūc est in alijs. Et simil'r expire in alijs:
q̄ si nō inuēis tūc est in vijs p̄fundis. Illa vero q̄
fit a malitia cōpl'ois diuerse scit̄ p leuitatē cerebri
⁊ priuationē causaꝝ p̄dictarū ⁊ casus frigoris aut
caloris repēte exterius: aut ex receptis infrigidan
tibus ⁊ calefaciētibꝫ subito ⁊ sequat̄ eā vertigo.
Scotomiā vero hn̄s nō tantū iuuatur a vino q̄tū
a potu aque. Et scias q̄ scotomia ⁊ vertigo qū p
lōgant̄ tūc egritudo est frā. Et signa q̄dem cretice
manifesta sunt.

De cura. C. iij.

Facta q̄dē a reuolutiōe hōis sup se ip̄m ⁊
cōsideratiōe eius ad reuolutiōes aut cō
sideratiōes ex loco alto curatur cū quie
te ⁊ trāq̄llitate ⁊ somno si nō cito sedat̄. Et sumat
stiptica acetosa ⁊ frāgat bucellas in eis ⁊ sumat ip
sas. Que vero facta est a sanguine aut hūore
cōtento in corpore curat̄ phlebotōia ex cephalica.
Deinde ex vēa q̄eta que est post aurē. Est eni op
tima in curatiōe oīuꝫ sp̄eꝝ vertigis materialiū ⁊
qn̄qꝫ cauterizatur ⁊ pprie in ea cuius cā est ascen
sio vapoꝝ ex corpore in quacūqꝫ via eleuant̄.
Uētose quoqꝫ cōferūt nocrati supposite ⁊ etiāꝫ
sup caput. Si aūt fuerit cū sanguie hūores diū
si: aut cā eius fuerit hūores p̄ter sanguinē: tūc in
cipiatur ad euacuādū cū pill'is de hiera aut infusi
one aloes. Si fuerint hūores calidi aut decoctiōe
myrobal'. citrinoꝝ aut decoctiōe epithymi ⁊ pilu
lis stōaticis si fuerit diuersi. Et post euacuatiōes
administretur clistere cū aqua centauree ⁊ colloq̄n
tide. Deide vētoset̄ sup nuchā ⁊ caput post puēi

ad gargarismata ⁊ caputpurgia ⁊ attractiōes odo
rū naribus in quibus sunt muschus ⁊ castoreuꝫ ⁊
nigella ⁊ amaracū. Qūqꝫ poxismus excitat̄ tūc ad
iuua cū fricatiōe inferiorū extremoꝝ. Et si fu
erit cā in hoc ex stō ⁊ hūoribus in ip̄o administra
vōitū cū aqua in qua sunt anetū ⁊ rhaphan̄us ⁊ po
nant̄ i ip̄a mel ⁊ sal ⁊ reliqua vōitiua tēpata. De
inde euacua cū cochijs si virtus fuerit fortis aut
cū pill'is de pic̄. ⁊ infusione aloes si virtus fuerit
mīus fortis. Et scias si hūores sunt cholera pura
tūc eniꝫ cū decoctiōe myrobal'. cū fumoterr̄. Et il
lud quidē scies p sig̃tōnes predictas in hoc capl'o ⁊
in capl'o de stō. Et si cā fuerit in alijs mēbris cu
rabis totū cū eo qd̄ oꝫ ⁊ cōfortabis caput in prin-
cipio sui cū ol'o ros̄. cū aceto ⁊ ol'o camemillino ⁊
post cōfirmatiōeꝫ cū ol'o camēillino singulari.
Qū ergo scit̄ q̄ materia est in capite tantū po-
nātur vētose sup caput ⁊ nocraꝫ. Et phlebotōet̄
vena que est post aurē ⁊ administrēt̄ asceibaret ⁊
gargarismata ⁊ ēbroce ⁊ attractiōes odoꝝ naribꝫ
⁊ caputpurgia p̄dicta ⁊ que similia sūt illis ſꝫ ma
terias ſm q̄ sciuisti i canōe. Et si cā est malitia cō
plexiōis diuerse oꝫ vt scias cāꝫ eius ⁊ signa p ea q̄
scis ⁊ cura p cōtrariū vt tēpet̄ cōpl'o natural'.
Et si cā est pcussio aut casus curet̄ priꝰ cū eis q̄
dicent̄ in capl'is suis. Si ergo sanat ⁊ remanet
vertigo curet̄ vertigo cuꝫ eis que sunt ostensa.
Et oꝫ quidē ut hn̄s vertiginē alienēt a se cōsidera
tiōem ad omnē rem cito reuolubilem ⁊ alienetur
ab aspectu p̄funditatum foueaꝝ ⁊ verticū mōtiū
⁊ colliuꝫ ⁊ supficieꝝ supremaꝝ. Scotōiā ve
ro ⁊ vertiginem factas ppter vacuitatem stoma
chi sedat acceptō bucellaꝝ infusaꝝ in rob fructuū
stipticorum ⁊ aquis ipsorum ⁊ proprie acreste.

De alue ⁊ est palpitatō. C. iiij.

Corpori quidē accidit ex pte multiplica-
tiōis repletiōis ⁊ similiū in lacertis ⁊ ue
nis dispositō que est sicut lassitudo pro-
pter quam extenduntur vene ⁊ multiplicatur osci
tatō ⁊ allarum extensio ppter multitudinem vē-
tositatis ⁊ vaporis ⁊ cuꝫ ea rubificantur facies ⁊
oculi ⁊ puocat inuolutiōem ⁊ extensioneꝫ. Et qū
illd̄ in homine multiplicatur sig̃t repletiōem.
Oportet ergo vt euacuet̄ hūor sanguineus ⁊
cholericus ⁊ administretur aqua frigida. Illd̄
enim quandoqꝫ sedat eam in dispositiōe p̄pterea
q̄ temperat ebullitiōem. acori quoqꝫ inest pprie
tas remouendi ipsam qū masticatur aut pulueriza
tus sumitur ⁊ bibitur. Et forsitā cū eo qd̄ resol-
uit ventositates dominātes. Et similiter zuccarū
cum coriandro. Et balneatores sanāt habenteꝫ eā
constringendo manum sup venas ⁊ super duas
apopleticas donec homini eueniat quasi sincopis
⁊ fortasse cum eo qd̄ exprimitur de spiritu ascen
dente ad cerebrum oīmoda fortitudine dominan
te materiebus cū resolutiōe. Et cū ip̄o quidem ē
cautella adhibenda. Et oportet ne manus sup ve
nas teneantur ea quātitate quā homo non tolerat
vt in ip̄o eius sp̄us retineatur.

De incubo ⁊ nomiātur strāgulator arabice vero
albodilem ⁊ alcharō. C. v.

Incubus autem est egritudo in qua ho
mo sentit qū ĩ somnū igredit̃ phātasma
q̃ue sup se cadens ⁊ cōprimens ipsum ⁊
angustiat̃ eius sp̄us ⁊ ĩtersecatur vox ip̄ius ⁊ mo
tus eius ⁊ fortasse p̄focat̃ ꝓpter oppilatiōes poro
rū: ⁊ qū ab ip̄o sepat̃ excitat eū subito. ¶ Et est
ān̄cessor vnius triū egritudinū aut apoplexie aut
maſtice. ¶ Et ex eis quidē que illi iuuatiua ſunt quū fiūt ſicut illꝺ ſunt piper lōgū ⁊ piper nigrū et ſinapis ⁊ calamētū. Et ex eis que maſticant ſūt calamētū et ſtaphiſagria ⁊ pip et amaracuꝫ et ſinapis ſigilatiꝫ et coniūctiꝫ et ꝑmiſceť eis ſicut roſa ⁊ ſumac ſi neceſſariū eſt. Et acorus eſt ex eis que iuuant in hoc caplo ⁊ cōfortať eius impſſio. Et confert eis inūctō cū olis calis cōfortantibus ſpūꝫ qui eſt in neruis ⁊ ſubſtātia neruoꝝ reſoluentibus ſuꝑfluitates in quibus nō eſt labor ſicut eſt oleū de lilio: ⁊ poſt ipꝫ olū amaricinū ⁊ olū cacmillinū ⁊ ſetinū ⁊ olū de ſqnato ⁊ ꝓprie ſup caput: ipꝫ enī eſt in quo ſiꝺutia habēda eſt in re capitis et ꝓprie poſtq̄ iā aſſumpſerit virtutē iſopi et origani et calamēti et albaſce et ſimiliū. ¶ Cibi aūt hn̄tium apoplexiā ſunt ſubtiliores cibiſ hn̄tiū epilepſiā: et rectius quidē eſt vt ſis cōtētus in eis i matutinis pane ſolo. Et pāis quidē cū ficubus ſiccis eſt bōus eis. Et potus ſup cibū eſt ex rebus magis nocitiuis eis. Qū aūt volūtas adeſt vt cenēt nō eſt malū ſi añ ipam ꝑmittas exercitiū leue et moueať mēbra laxata motu aliquo. Et qū aliquid ſumūt non dormiať ſup ipm velociter: ſed expectent aliq̄tulū dōec deſcēdat et digerať digōne aliqua nec ēt plurimū vigilēt. Illꝺ eniꝫ iuuat cerebrū ⁊ reſoluit ex cibis vaporē nō digeſtū ꝓhibētē digōneꝫ.

¶ Quida vero dicūt eis eſſe bōnꝫ origanū cū lentibus ⁊ vue paſſe ⁊ amigdale et ficus ſunt ex fructibus cōueniētibus eis. ¶ Uinū aūt nouū nō eſt cōueniēs eis ꝓpter illꝺ qꝺ in eo eſt de ſuꝑfluitatibus. Et antiqū ꝓpter illꝺ qꝺ in eo eſt de velocitate penetratiōis ad cerebrū ⁊ declinatiōis eius. Sed magis cōueniēs vinū eſt eis illꝺ qꝺ eſt inter vtrūq3. Qū apopleticus febricitat fac mora ī re ipſius dōec diſcoopiať: fortaſſe eniꝫ eſt criſ. ¶ Sit q3 mora uſq3 ad ſeptuagita duas horas. Si aūt ita nō eſt: ſed febris eſt ꝓpter ſpā et putredinē tunc eſt mortiferū. ¶ Et ſcias q apoplexia et palyſis cōſtrigūt meatus cibi quare nō ſunt medicīe faciētes euacuatiōem euacuātes ex materia faciēte ipſas ꝓprie.

¶ Dictio ſecūda de egritudibꝫ neruoꝝ que ē tractatus .i.

¶ Egritudies neruoꝝ. C.i.

n Eruoꝝ quidē ipoꝝ regimē et diuiſiōem et figura et anatōiā et natura iā ſciuiſti. ¶ De egritudinibus vero ipoꝝ ſciās q ſunt tres egritudinū ſpēs. ſ. cōplōnal' iſtrumētalis et ſolutō ſingularitatis. Et appet quidem leſio in opatiōibus ſuis naturalibus ⁊ ſenſibilibuſ et motiuis. Motus vero laborioſi i faciēdo egritudies neruoꝝ introitū magnū hn̄t ſupra illꝺ qꝺ i aliīs eſt. Ipſi naq3 ſunt inſtrūenta motus. laborioſi vero motus ſunt ſicut extenſio cū ſune et eleuatio rei ḡuis. Et omne in quo eſt extēſio ⁊ expſſio ⁊ contractō. ¶ Significatiōes aūt in diſpoſitiōibꝫ coꝝ ſūmes in opatōibus ſenſus et motus et ex tactu et lenitate et duritie et ex cōitate cerebri ⁊ ſpōdiliū cū eis: ⁊ ex doloribus et materiīs que ſūt ꝓprie neruis. Et plurima quidē ſigna quibus ꝑueiť ad cognitiōem diſpoſitiōuꝫ cerebri ſunt ex nocumēto opationū et ex tactu. ¶ Qū aūt dubitať de aliqua egritudinū neruoꝝ an ſit hūida an ſicca conſidereť qual'r ipa accidit. Nā ſi ſubito accidit nō ē dubitatō qn ipa ſit hūida. Et etiā ex hoc q mēbrū iūctiōem deſiccat. Nā ſi ipa velociter exiccat nō eſt dubitatō quin ipa ſit ſicca qū mēbrū non ſit calafactum calefactione extranea. Exercitiū vero poſt purgatiōem melius eſt illꝺ qꝺ ꝑmutat complexiōem. Et vnicuiq3 mēbro ſm ſe ipm. Et oꝫ quidē vt a faciliori incipias ⁊ ḡdatiꝫ ꝑueiās ad illud in quo ſit virtus equal'. ¶ Modus vero cure in purgatiōe neruoꝝ et ꝑmutatiōe cōplōnis eorū eſt quoniā plurimū eius qꝺ eſt neceſſariū euacuare ab eis vniuerſal'r ex materiīs nō eſt niſi ex fr̄is. Et euacuātia quidē eos ſunt medicine fortes ſicut pulpa colloquitide ⁊ helleborus et ꝓprie al. qū vōitus fit eo ⁊ euforbiū et allaſaiꝫ et ſerapinū et r̄liq̄ gūme fortes: et hier̄ magne et fortes ⁊ ex ſubtilibus que eos euacuāt ſunt balneū ſiccum et exercitiū tēperatū. ¶ Ipoꝝ vero cōplōneꝫ permutātia ſunt ea que dcā ſunt in caplo de cerebro ⁊ ꝓprie ea in quibus eſt vnctuoſitas ⁊ eſt oleum vnctuoſuꝫ ⁊ qū adipes admiſtras ſint adipes luporū. Feces quoq3 oleoꝝ calidoꝝ ſicut fex olei oliuarū ⁊ fex olei de lino ſunt cōuēientes egritudibus neruoꝝ fr̄is ⁊ cōgruētes duritici ipoꝝ ⁊ oleū de coſto ⁊ oleū de ādacoca ſunt vehemētis ꝓprietatis cū neruis; deide ebroce ⁊ expſſiōes ſm cōplexiones coꝝ. Uerūtamē oꝫ vt ipa ſint i rectificatiōe cōplōnis neruoꝝ fortiora valde ⁊ vt ad penetrādū taliter ꝑparenť quatenus cōſequātur reſolutionē corporis ⁊ poroꝝ aptiōeꝫ fortiter. Et ſcias q itētō in curādis pluribus neruoꝝ egritudinibus ē intētō poſterioris ꝑtis capitis niſi que i facie ſunt.

¶ Deinde poſt illꝺ extēdať neruus qui mouet illꝺ mēbrū cuius infirmus eſt neruus. Et neruis q̇deꝫ nocēt res quedā ⁊ iuuātur a rebus quibuſdā quarū multotiēs remēoraturi ſumus. Quaꝝ quedam ſunt in tabul' mediciaꝝ ſingularium. Et illꝺ quod nō attēdiť niſi in diſpoſitiōibus ⁊ egritudibꝫ ſuis que ſunt eis magis ꝓprie. ¶ Res itaq3 neruoſ cōfortātes ex eis que in potu ſumūtur ſunt acorꝰ nutritus ⁊ caſtoreū ⁊ ḡna pini m̄aḡa ⁊ cerebrū leporis aſſatū ⁊ ſticados ꝓprie. Cuius quidē potō ſit oi die poꝺ. ʒ. i. in pill'is redacti: aut cū ſirupo mellino: ⁊ iuuāt eos exercitiū tēpatū ⁊ olea calida.

¶ Reſ vero neruis nocētes ſunt coitus plurimus ſuꝑfluus ⁊ ſomnus ſup repletiōem ⁊ potus aque frigide cōgelate ⁊ multa ebrietas ⁊ vinū plurimū ꝓpter vehemētiā mordicatiōis vini ⁊ reſolutioneꝫ ⁊ acetoſitatē infrigidātem cū hoc. Et ledit eos omne acetoſuꝫ ⁊ ſtipticū ⁊ infrigidatiuuꝫ in potētia. Et phlebotōia plurima eis nocet. ¶ Et nos q̇dē in hoc tractatu remēorari volumus egritudieſ neruoꝝ cōplōales et oppilatiās. Ipoꝝ vero āpata ⁊ vlcera tardabius vſq3 ad librū q̇ ſequiť librum hūc. ¶ Et ſcias q aqua fr̄a nocet neruis ꝓpterā q facit eos deficere a digōne hūiditatū que ſunt i eis quare in hūorē indigeſtum ꝑmutāť. Et ſcias q agaricus cōfortat neruos calefaciēdo ⁊ purgando.

¶ De paralyſi ⁊ mollificatiōe. C. ij.

p araliſ qn̄ꝫ diciť ſmone abſoluto: ⁊ qn̄ꝫ diciť ſmōe ꝓprio: dictō vero palyſ ſm

intētiōem absolutā sigt illō quod sigt mollificatō in quocūq; mēbro fit. Paralysis vero ꝓpria ē illō qd de mollificatiōe est cōe vni duaꝝ ꝑtium corporis in lōgitudie. Alia eniʒ est in ꝑte incipiēdo a ceruice. Et sunt facies ⁊ caput simul sana. Alia est que in tota ꝑte currit a pede lingua vō arabica palysis sigt hāc intētiōē: palysis eni qñ3 innuit in lingua ipoꝝ ad ꝑtē ⁊ medietatē. Qñq; palysis accipit cū intentiōe mollificatiōis absolute tunc cū ea est illō qd cōicat vtrisq; lateribus simul exceptis mēbris capitis quibus si cōicaret esset apoplexia sicut ex ea qd vni digito ꝓpriū ē. Et scitū est ꝙ destructō sensus ⁊ motus fit quoniā spūs sensibilis aut motiuus: aut retinet a penetratione ad mēbra: aut penetrat. Sed mēbra nō suscipiūt eius imꝓssiōe3 ꝓpter cōplōnis corruptiōem.

Cōplō aūt corrupta aut est calida aut est frigida aut hūida aut sicca. Et videt quidē ꝙ calidū nō ꝓhibet ipssiōem sensus in eis dū nō cōseqt finē q̄admodū vides in habentibus extēuatiōe3 ⁊ ethicis. In ipis eni cū caliditate coꝝ nō desturitur motus ipoꝝ: ⁊ siccū etiā ꝓpinqū est iuditio ipius. Cōplō vero que ꝓhibet a sensu ⁊ motu fm plurimū est frā ⁊ hūida: ⁊ illō quidē nō est lōginqū. Frm eniʒ cōtrariū est spūi ⁊ nocet ei ⁊ nō est lōginqū quin hūiditas faciat mēbrū ꝑparatū stupefactioni. Ex cāis eniʒ destructiōis motus sunt frigiditas ⁊ hūiditas absq; materia. Verūtñ illō est ex eis quib3 succurrere est facile cū calefactiōe. Et est sicut illō qd nō cōicat plurime ꝑti corporis: aut vni lateri ipius absq; latere alio. Immo si necessariū fuerit accidet vni mēbro cā illius fʒ ꝓportiōem vt sit palysis ⁊ mollificatō plurima que fit ꝓpter retētiōem spūs. Causa vero retētiōis est oppilatō: aut sepatō poroꝝ ⁊ trāsituū ꝑducētiū ad mēbra cum sectiōe. Oppilatō aūt aut est fm semitā rei aggrgātis ābas res ⁊ est apā: ⁊ tūc est causa mollificatiōis ⁊ palysis faciēs abscisiōem spūs a mēbris cōtractō poroꝝ: aut repletō aut apā: aut solutio singularitatis. Poroꝝ aūt cōtractō qñ3 accidit ꝓpter ligaturā ligātis exterius que est ex eis que possibile est remoueri: ⁊ est mollificatō illa ⁊ destructō sensus ⁊ motus res accidētalis que rmouetur qū resoluit ligatura. Et qñ3 fit ex cōpssiōe vehemēti sicut accidit apud ꝑcussiōe3 aut casum. Et sicut accidit qū declināt spōdiles ⁊ rūpūt ad vnū duoꝝ laterū dextrū aut sinistrū ⁊ cōprimunt neruos exeūtes a se in ꝑte illa: aut ad iteriora: aut ad posteriora. Sed ad añriora ⁊ posteriora accit ex eis tēsio nō coarctatō: quoniā occursus spōdiliū duobus lateribus añ ⁊ retro nō sunt sup exitū neruorum secundum ꝙ sciuisti: ⁊ exitus neruorum secundu3 ꝙ sciuisti nō est nisi ex duabus partibus añteriore ⁊ posteriore. Et qñ3 cōtrabuntur ꝓpter grossitudinē substātie membri. Repletō vero oppilatiā est ex materijs hūidis currēbus quibus mēbrū hūectat. Et currūt in vacuitates oīum mēbroꝝ: aut stant in pricipijs mēbrorū aut ramis neruoꝝ. Et qñ3 fit in via spūs currētis ex eis. Apostema vero qñ3 accidit in originibus neruoꝝ ⁊ ramis ipoꝝ ⁊ oppilat trāsitus. Incisio aūt que neruis accidit que in lōgitudie est nō nocet sensui ⁊ motui ⁊ que est in latitudie ꝓhib3 sensu3 ⁊ motū a mēbris que in bibūtur ex meatibus qui sunt cōtinui inter ipa ⁊ villū tūc incisu3. Et scias ꝙ nucha simil est cerebro in dispositiōib3 suis ad duas diuisiōes: licet sensus eas nō discernat. Qūo eni nō erit ita illō qū ꝓcedat etiā a duabus diuisiōibus cerebri: nō ergo elōgat quin fuet natura3 vnius duoꝝ laterū purgando ⁊ expellat materiā ad latus qd est debilius ⁊ qd est magis susceptibile materiei primū ⁊ cui accidit ꝑcussio ⁊ ictus ⁊ ad qd expellitur supfluitas lateris cerebri qd ipm sequit. Et nō est mirandū si egritudo sit ꝓpria vni lateri absq; alio latere. Natura eni ꝑcepto sui creatoris iā discernit qd ē subtilius hic. Et tu quidē recordare huius ex pricipijs que tibi dedimus in libro primo. Et scias ꝙ multotiēs expellitur materia hūida ad extremitates ꝓpter dominiū caliditatis i corpore: aut motu subito ex timore: aut pauore: aut ira: aut delitijs: aut angustia. Et scias ꝙ qū lesio ⁊ materia que faciunt palysi3 sunt in vno latere vētriculorū cerebri cōicat lateri corporis toti ⁊ lateri faciei cū eo. Et similr si sunt in meatibus lateris unius q̄admodu3 si essent in duobus lateribus vētriculoꝝ cerebri: aut in meatibus esset apoplexia. Si aūt sūt apd originē nuche corpus totū esset palyticū ꝑter membra faciei. Et qñ3 accidit cū hoc stupor in cute capitis si ꝓhibet trāsitus sensus quoniā cuti capitis aduenīūt nerui sensibiles ex ceruice q̄admodū ondimus. Si aūt sūt in latere origis nuche cōicat lateri toti excepta facie: ꝙ si sunt descēdētes ab origine sūmergēdo: aut in latere vno mollificatur ⁊ palyticū fit qd sequit illō ex mēbris quoꝝ nerui sunt ex vno: ꝙ si nō fuerit ex nucha imo ex neruis mollificat qd est ꝓpriū illi neruo: siue sit i toto neruo: aut in medietate eius: aut in parte eius mollificat qd mouet illō qd sequit ipm ꝓpter illud qd venit ad ipm de illo leso ꝓpter materia3 ⁊ resolutiōem singularis: aut apā. Paralysis uero quedā est que est crisis colice ⁊ multotiēs rmanʒ cū ea sensus quoniā materia est cū ea in neruis motus ⁊ nō sensus. Naʒ quidā antiquoꝝ dixerunt ꝙ qū colica aliquibus annis cōicat interficit plurimos. Et qui euadit euadit cū palysi euēiēti ei quasi eniʒ natura expellit illā materiā que est aduenīēs neruis ⁊ rducit eā ad exteriora ⁊ esset maximū vt cū sudore denūtiaret. Retinetur ergo in neruis ⁊ facit palysi3. Et multotiēs qdē accidit vt in hac sit affirmatō sēsus cū dispositiōe sua. Et est palysis que est crisis in egritudibus acutis qua ꝑmutat materia ad neruos. Et illō quidē est qū natura nō pōt ꝓpter etate3 aut debilitatē integre euacuar: quar remanet residuū materieꝝ in ꝑtib3 cerebri: ⁊ remanet post statū soda ⁊ ḡuitas capitis. Deinde expellit ipam natura expulsiōe ḡuitatis nō expulsiōe euacuationis integre quare accidit palysis ⁊ similia. Et palysis quidē plurimū accidit in fortitudie frigoris hyemis. Et qñ3 accidit i regiōibus meridionalibus eis qui iā ꝑuenerūt ad annos .l. ⁊ vltra fm semitā fluxuū expulsoru3 ex capitibus coꝝ ꝓpterea ꝙ meridionalr vētus plurimū replet caput. Paralytici aūt pulsus est debilis tardus ⁊ rarus. Nā qū egritudo frāgit virtutē debilitat pulsus ⁊ fit frequēs ⁊ eueniūt vicissitudies

sine ordine. Et vrīa secūdum plurimum fit in
eis alba. Et qñ͂ fit in eis valde rubea ꝓpter' de
bilitatē renū in discernēdo sanguinē ab aquositate
aut debilitatem venarū ab atractione sanguinis:
aut ꝓpter dolorē qui fortasse est cū eis: aut ꝓpt
egritudinē eis aliā ꝓpinquā. Et qñ͂ accidit vt
sit latus sanū palyſ inflātū ac si esset in igne. Et al-
terū palyticū frīm ac si esset in niue. Et sunt pulsus
duoꝝ laterū diuersi. Est enī pulsus lateris frigidi
deiectus ad hoc ꝙ iudicia eius frā cogunt ipm: ⁊
qñ͂ puēit ad hoc vt oculus minoretur. Et qđ
cūq; mēbroꝝ mollificatoꝝ ⁊ palyticoꝝ fm colorē
reliqui corporis existēs nō miorat̄ neq; extenuat̄
ē d quo maior habēda ē fiducia ꝙ illđ qđ est diu
suz ab hoc. Ad palysiz p̄terea fit mutatō ex epilep
sia ⁊ apoplexia ⁊ colica. Et ex p̄focatiōe matricis
⁊ febribus tēporalibus fm semitā crif. Et palysis
eueiens a remotione spōdilium mortifera est fm
pluriuz. Et illa que est ab ictu ñ cōtrahēte neruos
vehemēter qñ͂ sanat̄. Si aūt supfluat nō est spes
vt sanet̄. In illa autē in qua est spes oz incipere a
phlebotomia. Et iā quidem diximus qualiter di
latet̄ materia paralysis ad apoplexiā ⁊ ecōuerso.

De signis. C. iij.

Illā autē que est a tortuositate: aut casu:
aut pcussiōe: aut sectiōe cā sigt: qñ͂ tñ
occultatur cā in sectiōe qū neruus est ꝓ-
fundus. Ipaz vero sigt quia subito accidit ⁊ nō cō
fert ei regimē. Que aūt curā recipit est ea que nō
est a sectione: sed est cū apostemate ⁊ similibus.
Et si est cū apāte calido tūc extēsio ⁊ dolor et
febris signt eā. Et si est ab apāte duro sigt ipam
tactus ⁊ cōsideratō sensibilis in neruis ⁊ dolor a ñ
cedēs. Nā fm plurimū accidit p ipam tortuositas
aut apā calidū. Si aūt est ab apāte fluxo tūc signifi
catō est difficil'. Verūtñ fm quasdā dispōnes non
euacuat̄ a dolor̄ pauco ⁊ caliditate ⁊ a febre leni ⁊
ab augmēto doloris ⁊ eius diminutiōe fm motus
⁊ cibos: ⁊ eius euētus nō fit subito imo fm dies.
Et ex oībus istis eger sentit apđ volūtatē motus
quasi sit aliquid ꝓhibēs in illo eodē loco. Para
lysiz aūt habēs fcām ab hūiditate expāsa senuit cāz
expāsaz in toto mēbro palytico. Factā vero a gros
situdie neruoꝝ sigt difficultas reuersiōis mēbri a
cōtractiōe qū laborat in ipo eger sicut est ei possi
bile: aut faciat illđ alius ad dilatatōnē ⁊ mollifica
tiōem: ⁊ neq; sunt mēbra leuia sicut in palysi abso
luta. Et si materia est cū sanguie significat eā gui-
dez ⁊ vene ⁊ oculus ⁊ repletō pulsus ⁊ significati
ones p̄dicte multotiens. Si vero est ex hūiditate
nuda signt eā albedo ⁊ mollities multa. Et si
fit sucessiōe colice ⁊ febriū acutaꝝ signt eā colica ⁊
febres acute. Et si ē eiꝫ cā malitia cōpōl'is singula
ris frigide aut hūide nō accidit subito neq; sunt il
lic sig alia ⁊ iudicat̄ de ipo p tactū ⁊ p res agentes
in mēbrū. Et dicit̄ ꝙ qū vrīa infātis est viridis
nūtiat palysiz aut spasmū.

De cura. C. iiij.

Oportet vt sit intētō tua in egritudibus
neruoꝝ. v. s. stupore ⁊ spasmo ⁊ trēor̄
⁊ palysi ⁊ saltu itētō posterioris cerebri
⁊ nō ꝓperes in vsu mediciaꝝ fortiū in principio

rei: imo tarda vsq; ad quartū ⁊ septimum: ꝙ si
egritudo fuerit fortis vsq; ad quartūdecimū. Et
in hac quidē hora sis cōtentus rebus subtilibus ex
his que leniūt ⁊ digerūt ⁊ soluūt ⁊ cū clisteribꝫ nō
est malū in hac hora. Deide post illđ euacua cum
euacuatiōibus fortibus. In regimie aūt ciban-
di eos oz vt palytico in primis qū appet sis cōten
tus aqua ordi ⁊ aqua mell' duobus diebus aut tri
bꝫ si tollerauerit virtus vsq; ad quartūdecimū.
Et si nō tollerauerit virtus ciba cū carnibus auiū
leuibus. Et stude vt facias eū pati famē ⁊ ciba eū
siccis cibis. Deide fac eū lōgā tollerare sitim. In
mēsis vero secūdis iuuat eū vti medulla nucleoꝝ
pini magne ꝓprie. Et scias ꝙ aqua melior est ei
ꝙ vinū. Uinū enī materias in neruis penetrar̄ fa
cit. Et plurimū quidē ipius qñ͂ acesit in corpori-
bus eoꝝ ⁊ fit acetū. Acetū vero est ex rebus q̄
neruis sunt nocibiliores. Illa aūt que est a tortuo
sitate ⁊ coarctatiōe curat̄ cū eo qđ determiauimꝯ
in caplo tortuositatis ⁊ cōpss.ōis postea. Si aūt est
a pcussiōe aut cāu tūc eius cura est praua. Eius tñ
cura fm oēm dispōnez est vt cōsideret̄ an illa tor-
tuositas euēire faciat apā qū attrahat materiaz: ⁊
curet̄ totū cū eo qđ cōueīt ei. Et oportet vt ponā
tur medicine in cura illius in quocūq; loco accide
rit sup loca pcussiōis ⁊ sup pricipiū ex quo egre-
diūtur nerui mouētes mēbrū palyticū: potio aūt
medicinarum sup mēbrum paralyticū est ex eis q̄
nō afferūt iuuamētū de quo sit curadū. Et tibi qđ
inest cognoscere originē neruoꝝ ⁊ equale est siue
intētō in medicia sit ꝓhibitō apātis: aut sit intētio
in ea mollificatio: aut sit intētō in ipa calefactio ⁊
pmutatō cōplonis. Et fortasse necessariū erit po
nere iuxta mēbrū pcussum ⁊ apostemosuz incipiēs
resolui vētosas extrahētes sanguinē ab eo ad ptē:
aut ad illđ qđ appet de corpe. Si aūt fuerit egri
tudo ipa palyſ occulta fcā ꝓpter mollificatiōem
neruoꝝ. Tūc illđ qđ est necessariū post regimē cō
mune est cōitas materiei cū eo qđ descripsimus ⁊
diffiniuimus in euacuatiōe ipaꝝ materieꝝ subtili
um sine additiōe ⁊ diminutiōe. Et meliora quidē
quibus euacuātur sunt pill'e de euforbio ⁊ pilule
albicūestrē ⁊ pill'e de scetaraz ⁊ pill'e fetide et hie
ra hermetis ⁊ vōitus cū helleboro albo cū dispo
sitiōe sua: aut cū exp̄ssiōe rhaphani in quo fit vir
tus eius. Et simil'r reliqui vōitus cōferūt eis. Et
qñ͂ fit supfluitas in hoc ⁊ in potu det̄ tyriaca pon
dus vnius danich. Deide addat̄ paulatī paulatim
neq; augeat̄ supra .ʒ.i ⁊ qñ͂ admistret̄ ei sisa-
mū decorticatū: qñ͂ vero dant̄ oxymel cū sua dis
positiōe ⁊ oppoponacū cū sua dispōe cū sirupo de
melle. Et eius quidē potō sit q̄ttitas bakilleō ⁊ cō
fert eis. Et oz quidē vt clisterizētur enematibus
fortibus ⁊ collyria fortia supponat̄ ⁊ inclinentur
coꝝ materie ad inferiora ⁊ ipoꝝ spōdiles inūgant̄
ex oleis fortibus. Et cōferūt eis vnctiōes calide
ex oleis ⁊ ēpl'a rubificātia quoꝝ rememoratio est
iterata multis vicibus ⁊ ꝓprie qū destruitur sen
sus. Et radix quidē lilij est ex mediciis hōe rubi-
ficatiōis fricado cū ipa fm modū inūgēdi. Eis p̄te
rea cōfert positō vētosaꝝ sup capita lacertoꝝ abs
q; incisiōe. Sed post euacuatiōem ꝓptera ꝙ cale
facit lacertos: ⁊ fortasse necessaria erit icisio aliq̄.

Et oportꝫ vt vētose stricta habeāt capita ⁊ suspē
danť cū igne multo ⁊ suctione forti ⁊ laboriosa et
remoueātur velociter. Qū ergo uētose adhibenť
oꝫ vt sepatiꝫ pōanť sup loca plurima si mollifica-
tio est plurimū sepata: ⁊ si nō est plurima ponanť
cōiunctiꝫ ⁊ vtere sup ea post illđ pice ⁊ gūma pi-
ni. Et administra sup ea emplra calida rubificātia
sicut emplꝫ de faria git ⁊ lilio cū melle. Emplm
quoqꝫ de sinapi est ex eis que ipis cōferūt. Et tu q̄
dē pmuta omne qđ est debile ad hoc vt rubificet
⁊ vt uesicet: ⁊ emplꝫ de sceitaraꝫ maxime cōfert
palysi iuuamē ⁊ est apud plurimos eoꝝ excusās a
gūma rute agrestis ⁊ sinapi. Emplm quoqꝫ de gū
ma rute siluestris est iuuans ⁊ pprie cū nitro ⁊ sul
fure ⁊ fricatō cum oleo ⁊ nitro ⁊ aqua sulfurea ⁊
aqua marina ⁊ ēbroce subtiliatiue cōferūt. Qūqꝫ
sensus est debil fortasse emplꝫ forte nocet ⁊ nō sē
tit illđ ⁊ educit illđ ad lesiōem ⁊ vlceratiōeꝫ for
teꝫ. Oportet ergo vt omni custodia ab illo cauea
tur ⁊ vt cōsidereť dispositō impssiōis empli. Nā
si rubificat ⁊ inflat ⁊ cutē nō ptrāsit ⁊ sepať cōpssi
one digitoꝝ subtili ⁊ albificať locus eius tūc ipssio
nō ptrāsiuit cutē. Et si rubificatō est magis fixa ⁊
caliditas magis appens tūc remoue. Modus ve-
ro cognoscēdi hoc ē vt auferas emplꝫ omni hora
⁊ cōsideres dispositiōem. Si ergo necessaria est ab
latō remoue. Et si necessaria est iteratō itera.

Et scias qꝫ insuflatō ex cōdisi in naribus eoruꝫ
valde cōfert. Et simlr que sunt ei similia quoniā
purgať cerebrū ⁊ cōuertūt materias facientes egri
tudinē a pte egritudis. Et vinū antiqū paꝝ ualde
cōfert egritudinibus neruoꝝ oibus. Plurimū ve
ro ex eo sūptū est res nocibilior neruis. Et admi
nistratō acori nutriti est ex eis que eos iuuant. Et
similiter gdatiꝫ ordineť in potando hieras ⁊ sint p
miste cū aliquo qđ sit sicut castoreū doēc pueniaț
ad hoc ut ex ide i potu sumaț pōdus. ʒ. vi. post.
ʒ. i. Et similiter potus olei de kerua cū aqua de
radicibꝫ iuuat valde. Quidā vero hōinū sunt qui
palysiꝫ curaț dādo in potu omni die auṙ. i. ex hie
ra cū auṙ. i. piperis ⁊ sanatur. Et oꝫ vt qū aliqd
istoꝝ sumūt i potu nō potent aquā vt plōgeť eius
mora in stō: ⁊ fortasse moraț tota die: deide opa
tur: qñꝫ vero sumūt in potu piperis auṙ. i. cum
auṙ. i. castorei. Et illis quidē nō est aliqd ita cōfe
rēs vt tyriaca ⁊ mithridatū ⁊ scelite ⁊ aliuēther:
assa quoqꝫ fetida vehemētis iuuamēti est bibita ul
linita ⁊ pprie qū bis in die sumiť ⁊ etiā bōdaca in
da. Qūqꝫ mēbrū redit ad se oꝫ vt ipm exerci
tes post illđ ⁊ cōstrigas ⁊ dilates ipm vt ad inte
grā redeat sanitatē. Et ipi quidē quādoqꝫ iuuātur
a se. ⁊ iuuātur vocibꝫ ⁊ locutiōibꝫ altis ⁊ post eua
cuatiōes ⁊ iuuamēta ab eis quibus vtunť. Iuuanť
balneo longo sicco aut balneis ⁊ in fine rei ⁊ post
euacuatiōes ⁊ vbi necessariū est soluere oꝫ vt nō
sint resoluētia cū lenificatiōe pura: sed cū aliquan
tula stipticitate. Quapꝑter oꝫ vt resolutō fiat cū
aliquibus que sint vt anisuꝫ ⁊ sigia et castoreū et
squinātū ⁊ que sunt similia his ex causis stipticis.

Habētes vero illā que facta est post colicā iu-
uat medicamē factū ex nuce romana scriptū in an
tidotario: ⁊ iuuant eos olea que nō sunt violente
virtutis ⁊ multe cōpostōnis: sed sit sicut oleū de
lilio et oleū de duabus spicis ⁊ oleum de narcisco
et oleum de oliuis ⁊ exptum est oleū de nuce in-
dica ⁊ oleū de narcisco ⁊ factū cū gūma alboti vtrū
qꝫ simul acceptū iuuatiuū est sua proprietate.

Quādoqꝫ vero iuuātur plures eoꝝ cū eis que
infrigidant ⁊ cōfortant ⁊ phibēt materiā. Et quꝫ
medicātur calidis augmētaț egritudo. Et illđ iđ
quoniā materia subtilis dilataț p ea plurimū. Qū
vero mēbrū infrigidaț cōfortaț mēbrū a frigore
⁊ minoratur qtitas materiei ⁊ puenit ad hoc vt
euanescat ⁊ nō oꝫ vt in eoꝝ calefactiōe pueniaț.
Sed est necessariū vt sint medicine cōfortate cū
aliquibus que sint sicut camemilla ⁊ melilotum ⁊
amaracū ⁊ mēta ⁊ calamētuꝫ ⁊ cōmisceanť eis al-
lea ⁊ etiā illđ qđ aliqd infrigidatiōis habeat sicut
succus liquiritie ⁊ semē endiuie et reliqua. Hec
eniꝫ qū administrātur iuuāt ualde. Que vero
a sectiōe facta est curā nō habet. Illa vero que
scā est a complexiōe frigida cum calefacientibꝫ no
tis curatur. Et illa cuius cā cōplexionis est potus
aque mlte frigide vtatur balneo multo sicco. Et
scias qꝫ quādo aggregātur palys ⁊ febris i aliquo
tūc oxymel cū zuccaro ros est cōuēiens medicamē
in illa hora.

De spasmo. C. v.

Spasmus est egritudo neruosa qua mo-
uētur lacerti ad pricipia sua et inobediē
entes sunt in dilatatiōe. Eoruꝫ itaqꝫ alij
remanēt fm suam dispositiōem ⁊ nō dilatanť: et
alij eoꝝ facile redeūt ad dilatationem suam sicut
fit in oscitatiōe et singultu. Causa vero in ipo
aut est materia aut causa absqꝫ materia sicut calidi
tas et siccitas. Et materia quidē spasmi fm pluri-
mū est phlatica et qñꝫ est melica et qñꝫ sanguinea
et aliud est in apostematibus lacertoꝝ qum resol
uitur materia faciens apostema cum vlcere villi
nerui et augmētatur in latitudie sua et minoratur
a sua longitudie. Et materia quidē oīs spasmi ma
terial effectiua: aut est comprehēdens sup lacertū
totum: et illud est qum spasmus est sine aposte-
mate: aut est cōprehensa in loco vno quē relique
partes seqūtur sicut fit a spasmo facto pꝑter apo-
stema a materia effusa pꝑter pcussiōem aut absci
siōem: aut pꝑter causam aliam ex caus apostema
tis. Et nō ē qdē lōgiqū qn sit spasmus euēiēs a vē
tositate inflatiua ipsa. Ipe enim est ex eis que plu
rimū accidūt et remouentur in hora. Spasmus
vero materialis multotiens accidit fm semitaꝫ p
mutatiōis materiei sicut accidit in successiōe sinan
cie et sucessiōe pleures ⁊ successiōe sirsen. Ex
spasmo aūt qui fit pꝑter priuatiōem materiei et
hūiditatis et dñiū siccitatis accidit vt cōtrahantur
longitudo et latitudo equalr. Colligiť ergo ad se
ipm: sicut est dispositō corij positi in ignē. Et tu
quidem scis dispositiones cordaꝝ esse qꝫ ipe elon
ganť in hyeme pꝑter hūectatiōeꝫ ⁊ abbreuianť in
estate pꝑter desiccatiōem ⁊ similr nerui. Et qñqꝫ
fit spasmus qui ad materiā nō pportiōaț euenies
cā rei impedientis a qua nerui fugiūt et cōgregāt
ad expellendū ipam ⁊ cā illa aut est dolor ex cā
dolorē faciente. Et multotiēs est ex hūore cali
do mordicatiuo. Aut qualitate venenosa puenien
te ad cerebrū et ad neruos sicut accidit ei quē pu

pugit ſcorpio ſup neruos. Aut ꝓpter qualitatē nō
venenoſam ſicut quum ſpaſmus accidit ab infrigi-
datiōe vehemēti cōgregante neruū et lacertū et i
ſpiſſante ipm̄ ⁊ cōtrahitur ad caput ſuū. ¶ Sicut
enim mollificatō qn̄ diuerſificatur in mēbris ſecū
dū pricipia mēbroꝝ et ſimil'r ſpaſmus et ratō i am
bobus eſt vna in eo qd̄ fit ſupra ceruicē ⁊ in ante
riore parte et poſteriore et in parte que eſt ſupra
ceruicē. ¶ Spaſmi aūt ex repletiōe hūidi cā eſſen
tialis aut eſt frigiditas aut hūiditas. Et frītas ad-
iuuat ſm̄ cōgelatiōem ipius ⁊ eius groſſitiē quare
nō fit dilatatō aut ſiccitas et caliditas iuuat ſupra
cōſecutiōem p reſolutiōem hūiditatis. ¶ Mate
ria vō faciens ſpaſmū nō efficit ſpaſmū ⁊ mollificat
niſi ꝓpter ſuā groſſitudinē: ⁊ quia nō eſt ingreſ-
ſa ſubſtantia villi paruo introitu quo iuuet. Sed
eſt coarctata in foraminibus ⁊ ſic quidē ſpaſmus eſt
epilepſia mēbri: ſicut epilepſia eſt ſpaſmus corpo
ris totius ¶ Differētia vero inter utrūq; eſt cōi-
tas ⁊ ꝓprietas. Epilepſia enim plurimū reſoluit ue
lociter ⁊ fit cū piodis. ¶ Reliquas aūt drās ſcies
ex ſpaſmo hūido p illd̄ qd̄ accidit lactentibus ꝓ-
pter vicinitatē maille ⁊ hūectatiōem lactoſitatis
in cordis ⁊ cōgelatiōem lactis in eis ⁊ qū ventres
ipoꝝ cōſtrīgunt ⁊ in vigilijs ipoꝝ ⁊ multitudinē
fletus ipoꝝ: ⁊ ſpaſmatur etiā in febribus ſuis ꝙ
uis ſint leues. Et vniuerſal'r infantibus facilis eſt
caſus in ſpaſmū ꝓpter debilitatē virtutis cerebro
rū eoꝝ ⁊ mēbroꝝ ipoꝝ ⁊ lacertoꝝ eoꝝ: ⁊ fit facil'
eoꝝ exitus ab ipo ꝓpter fortitudinē virtutū epa-
tū ipoꝝ ⁊ cordiū eoꝝ. Et quoniā hūores eoꝝ non
ſunt inobedientes vehemētis groſſitudinis. Et ꝓ
pter hoc liberant a ſpaſmo ſicco velociter ꝓpter
hūiditatē cōplōnū ſuaꝝ ⁊ hūiditatē cibi eoꝝ. Im-
puberibus vero nō eſt facilis aliqua duaꝝ rerū
qū tn̄ qn̄ accidit infantibus ſpaſmus malus ſucceſſi
one febriū acutaꝝ ⁊ cū eo ſint ſigna que dicemus
ex quo raro euadūt. Ille vero qui ſeptē trāſit an
nos nō ſpaſmat niſi ꝓpter febrē valde prauam.
¶ Eſt pterea ſpaſmus qui accidit ꝓpter timorem
⁊ cās dilatatiuas ſūmerſas ſubito: ⁊ faciunt ſequi
lacertos motos ad pricipia ſua ſm̄ ſuas formas: ⁊
eſt ſpaſmus qui cōtingit ꝓpter ſuſtētatiōem factā
ſup aliqd̄ mēbroꝝ qd̄ ē cōtractū ad qd̄ fit effuſio
⁊ retinet in ipo aliꝙtulū ⁊ ſup formā cōſtrictiōis
ſue. Et qn̄ eſt cū eo accidens faciēs illd̄: aut fit ut
ipm̄ ferat pōdus gue: aut fit vt obdormiſcat ſup
lectū durū: ⁊ hoc quidē eſt ex eis que p ſe remo-
uētur. Et qn̄ eſt hic ſtupor aduēiēs mēbro ꝓpter
repletiōem ex materia effuſa coarctāte ſpūs moti
uū ⁊ ꝓhibēte penetratiōem eius: quare nō eſt poſ
ſibile vt moueat ad dilatatiōem faciēdā: ⁊ qū re-
dit virtus ⁊ cōfortat materia fit dilatatō: ⁊ qn̄q;
fit ex extēſiōe illius ſimile. Et hoc quidē plurimū
fit poſt ſomnū apud excitatiōem qū remanēt mem
bra cōtracta nec extendunt etiā quoniā ſpiritus in
ſomno fit gūior pigrior ⁊ nō fit aſſiduus in faciē-
do dilatatiōem ꝓpter declinatiōem ſuā ad interio-
rem ptē. Spaſmus aūt ſiccus alius eſt qui fit ſucceſ
ſiōe febriū adurētiū ⁊ ꝓprie in febribus ſirſen: ⁊
ſucceſſiōe motuū laborioſoꝝ corporaliū ⁊ anima-
liū eius ſicut ſunt uigilie ⁊ anguſtia ⁊ timor: ⁊ ille
eſt ex eis quibus fit euaſio ¶ Et ē alius ſpaſmus

qui accidit in febribus cū hoc ⁊ nō eſt vehemēter
malꝰ: ⁊ eſt ille qui fit ꝓpterea ꝙ ipe faciūt currere
aliqn̄ materias in neruis ⁊ lacertis: ⁊ ꝓprie qū cor
pus eſt plenū. Et qn̄ accidit illd̄ in eis ꝓpter cōi
tatem oris ſtōi ⁊ remouet ipm̄ vōitus. Et talis q̄
lis eſt iſte ſpaſmus ex febribus nō eſt illius praui-
tatis ⁊ malitie cuius eſt ille qui eſt in febribus tē-
poralibus in quibus deſiccātur nerui ⁊ lacerti: im
mo cerebrū ⁊ cōſumūt hūiditates innate ⁊ fit ſpaſ
mus. Et plerūq; eſt ex hoc caplō qui fit ⁊ deſtruit
velociter. Et cā in ipo eſt ſiccitas cerebri ꝓpter
debilitatem quā ſequit lacertorum ſiccitas. Nam
qū mīma cā deſiccatiua cerebro aduenit reducit ad
ſe hūiditates a neruis. Deinde qū natura ſollicita
tur vt cerebro hūiditatē acquirat ſufficiētem rede-
unt mēbra ⁊ fiūt obediētia dilatatiōi cū pceptiōe.
Et qn̄ accidit ex vehemētia frigoris. Multoti-
ens enim accidit ſpaſmus ꝓpter frigiditatē cerebri
⁊ cōicat ei lacerti. Et ſpaſmus quidē impediens ē
huiuſmodi factus a ſiccitate. Et eſt ſpaſmus cū ſic
citate factus q eſt cū ſpē cōgelatiōis hūitatis: ⁊ mi
norat eius quātitas ⁊ inſpiſſat vehementer quare
membrum ſpaſmatur ſicut accidit ex vehemen-
tia frigoris: et ſicut accidit ei qui bibit medicinas
narcoticas vt opiū. ¶ Spſamus vero fcūs ꝓpter
medicias eſt ſicut ſpaſmatō potus vini. Fit enim
ſpaſmus poſt ſolutiōem ꝓpter ſiccitatē. Et fit etiam
ſpaſmus añ ipam ꝓpter cōtrarietatē ⁊ venenoſita
tem eius: quare nerui vehemētem incurrūt leſiōem
cū qua cōtrahunt. ¶ Et huiꝰ quidem generis ſunt
ſpaſmus eius qui euōit hūorē qui eſt vt erugo e
ris nocētem ori ſtōi. Et ſpaſmꝰ fcūs ꝓpt fortitudi
nē ſeſꝰ oris ſtōi qū ad ipm̄ expellit cholā. Et ſpaſ-
mꝰ fcūs ꝓpt egritudinem cerebri ⁊ mr̄icis ⁊ egritudi
nibꝫ ſuis ⁊ veſice ⁊ rliquoꝝ. Et ſpaſmꝰ fcūs a pū
ctura ſcorpiōis ⁊ rutelle ⁊ ſerpētis ſup neruū: aut
ſectiōe eueniente neruis: aut corroſione. Et fcūs
ab egritudie in ore ſtōi ⁊ matricibus ⁊ membris
neruoſ ⁊ vicinis iſtis eſt ſpaſmus añcedens ꝓpter
vermes. ¶ Preterea eſt ſpaſmus qui eſt in labio
ꝓpriꝰ ⁊ palpebra ⁊ lingua. Et ſciē ꝙ eius cā eſt ex
ipo cerebro. Et qū corpus in ſpaſmo declinat ad
añriora tūc ſpamus eſt in lacertis añrioribus ¶ Et
qū ad poſteriora tūc ſpaſmus eſt in lacertis poſte-
rioribus. Et qū ad vtraq; ſimul tūc egritudo eſt
in vtriſq; ſimul ſicut in palyſi. Qn̄q; fit ſpaſmus
adeo fortis vt ceruix torqueat ⁊ dētes ſtrideant.
¶ Qū aūt aliquis morit ex ſpaſmo corpore ipius
calido tūc illd̄ eſt ex eis que pfocādo interficiunt
⁊ neq; ſuffocādo interficit niſi quia lacertuſ anheli
tus ſpaſmat ⁊ deſtruitur motus eius. Et ois qui-
dem ſpaſmus ſequens vulnus eſt mortalis.

¶ De ſignis. C. vi.

Pulſus ſpaſmatoꝝ eſt extēſus ⁊ diuerſus in ſitu aſcendēs ⁊ dimittens ſicut ſagitte euadētes ex arcu ſagittarij: ⁊ diuerſificat
motus pcuſſiōum eius in velocitate ⁊ tarditate. Et
vena quidē eſt calida ⁊ magis calefacta reliqs mē
bris: ⁊ eſt corpus vene collectū nō ſicut eſt colle-
ctō venaꝝ in rigore: ⁊ neq; ſicut illd̄ qd̄ coar-
ctatū eſt ſicut fit apd̄ duritiē vene ꝓpter lōgitudi
nem egritudinis: aut qd̄ fcūm eſt cū dolore viſce
rū. Sed ſicut eſt aggregatō ptiū inteſtini extenſi

ab extremitatibus suis. Et ego dicā signa doloris i spasmo parū post. ¶ Spasmi vō facti a repletiōe signa sunt ꝙ puenit subito ⁊ non bibit velociter qđ sup ipʒ poīt ex olō nisi iā aduēerit ei calitas ꝑpinqui temporis. ¶ A siccitate vero facti signa sunt ꝙ fit paulatiʒ paulatiʒ ⁊ successiōe egritudinū euacuatiū qđcūqʒ gēus fuerit ⁊ euacuatiōis medicinaꝝ: aut colirice passionis aut euacuationis ꝑ se. ¶ Factū vero a nocūento cognosces ꝑ causas extrinsecas: ⁊ ea que bibunt̄ sicut euforbiū ⁊ helleborus ⁊ reliqua ⁊ sicut qn̄ nocūentū est ex stō ⁊ cōicat ei cerebrū: deinde nerui sentit an̄ illđ sollicitudinē ⁊ angustiā ⁊ obsidiōem stōi: ⁊ qn̄ʒ reperit illđ tēpore spasmi: ⁊ qn̄ʒ est ille spasmus successiōe vōitus qui est sicut succus porri aut erugo eris. ¶ Et simil'r ille qui fit ꝑpter fortitudinem oris stōi. Quotiens eniʒ effundit̄ ad ip̄m materia spasmat̄ hn̄s ip̄m. Uerū ꝑcedit ip̄m nocumentū in ore stōi ⁊ mordicatō: ⁊ qn̄qʒ accidit simile illi in egritudibus matricis ⁊ vesice ⁊ reliquoꝝ qn̄ fortes fiūt. Et fit cū dolore vehemēti ⁊ ꝑpter nocumētū manifestū in illo mēbro an̄cessio spasmi. In reliquis vero spasmis aut fit dolor cū eo: aut fit dolor cōtingens a spasmo nō spasmus cōtingēs a dolore. Factus aūt ab spāte cognoscit̄ ꝑ ea que diximus. ¶ Et ex significatiōibus quidem significātibus aduentum spasmi est paruitas pulsus ⁊ ipius raritas primū. Deinde eius ꝑmutatō ad illđ qđ dictum est. Et multotiens rubificat̄ facies ⁊ appʒ in oculis cōtorsio ⁊ inclinatō ⁊ in anhelitu intersectō ⁊ disnia: ⁊ qn̄ʒ accidit risus nō fm̄ radiceʒ. Et cōstringitur natura ⁊ desiccatur et vrīa etiā multotiens retinetur ⁊ multotiens nō retinetur ⁊ egr̄ditur sicut aquositas sanguinis ⁊ habʒ ampullas. Et accidit ei singultus ⁊ vigilie ⁊ soda ⁊ tremor et dolor sub iuncturis et precipue sub iunctura ceruicis ⁊ inter spatulas ⁊ apud iunturam alchatin et albosos sub illa. ¶ Spasmum vero cōtingentē causa febris significāt ⁊ nuntiant ipsum in febribus cōtorsio in oculo ⁊ rubificatō in extremitate oculi ⁊ in circuitu ⁊ stridor dentiuʒ et nigredo lingue ⁊ cōstrictō cutis capitis. Et rubedo vrine primum: deinde eius albedo ꝑpter eleuatiōem materiei ad caput ⁊ pulsatō temporū et venaꝝ capitis. Et quandoʒ desiccatur in eo venter aut spasmatur. Hip. quidem dixit ꝙ si accidat febris post spasmū melius est ꝙ̄ si accidat spasmus post febrem. Cuius intētio est ꝙ quʒ febris supuenit spasmo humido soluit eū. Spasmus vero qui ꝑuenit ex febre est siccus qui raro recipit curā ⁊ accidit ei an̄ ip̄m timor in somno ⁊ cōuersio coloris ad rubedinē ⁊ viriditatē et plūbositateʒ ⁊ cōstrictō nature. Et vrina quidē cruda in febre ⁊ rigor cū eis associātur sudor in capite ⁊ tenebrositas in ocul' sign̄t spasmū cuius cā est debellati in visceribus. ¶ Si aūt spasmus est cū febre et nō est de fortitudine illius febris ⁊ longitudine tēporis ei⁹ ut adurat hūitates ⁊ finiat eas: tūc ille ē de gener̄ ei⁹ cū quo nō est illa siccitas tota. ¶ Ex signis vero malis in spasmo est vt multiplicetur vētositas in mēbris ⁊ ꝑprie qn̄ cū eo inflat̄ vēter ⁊ ꝑcipue qn̄ est in pricipio sui. Et vrina acuta in spasmo ⁊ tetano est mala significans ꝙ cā est caliditas pura. Et qn̄ cū spasmo sunt pulsatō ⁊ saltus tūc illud est signū malū. Pulsatō naqʒ vnā duarū reꝝ sign̄t aut apostema in visceribus magnificans pulsatiōem aut extenuatiōem in eis quare appet pulsus magnus qui est ꝑpter ꝑcussiōem magnaʒ. ¶ Qn̄ aūt sināie materie declinat̄ ad neruos vt ad ip̄os ꝑmutate faciant euenire spasmū sign̄t illđ apitō spasmi in pulsu. Et qn̄ pleures declinat cum materia sua ad illđ sign̄t illđ fortitudo cōstrictiōis anhelitus ⁊ neqʒ febris est valde fortis. Et qn̄ ꝑmutat̄ materia sirsen ad illđ incipit cuʒ timore et multitudīe palpitatiōis ⁊ stridor̄ dētiū: deinde torquet̄ oculus: deinde appet spamus.

¶ De cura. C. vij.

In eo quidē qui factus est āpcussiōe oportet vt administrētur embroce que laxāt fcē ex ordeo fracto ⁊ camemilla ⁊ malua ⁊ farina fenugreci ⁊ que illis sunt similia. Et nos quidē iam oñdimus in canōe locū admīstrationis eaꝝ. Factus vero a nocumento si fuerit ꝑpter potū alicuius rei tūc curet̄ cū eo qđ cognoscetur in caplō de venenis. Et si fuerit cū febre curetur cū hūectatiōe vehemēti cerebri ⁊ neruoꝝ ⁊ lacertorū cū mollificātibus vehemētis hūectatiōis ꝗ̄ docui te ⁊ habitet ī domo frā. ¶ Et si fuerit ꝑpter dolorē seda dolorē postꝙ̄ scriueris quis sit ⁊ abscide cām ipius. Et si est propter pūcturam curet̄ qđ ip̄aʒ facit cū eo qđ dicet̄ in caplō đ puncturis. Et si est ab apostemate curetur cū eo qđ dicemus in cura apostēatū neruoꝝ. ¶ Si aūt est a siccitate eius cura est praua. Uerū cōuenientior eius cura est tina ⁊ inūctō ex oleo humido post ip̄am ⁊ eius iteratō post ip̄am multotiēs: ⁊ illđ qn̄ nō est cum febre vbi nō intermittit̄ oīo ⁊ assidue fac illud in oībus iūcturis. Si aūt possibile est vt tina fiat ex lacte fiat. Et si nō ex aquis in quibus decocta sint folia salicis ⁊ ordeū fractū ⁊ viola ⁊ nenufar ⁊ cucurbita ⁊ citroli: aut fiat tina tota ex succo cucurbite: aut succo cucumeris: aut sit totū illđ ex aq̄ rof. in qua decoctum est aliquid hoꝝ: aut aqua melōis indi: aut aqua salicis ⁊ que sunt similia illis. ¶ Et qn̄ feceris eis clisteria ex istis expssiōib⁹ ⁊ oleis ⁊ aliquibus dissolutis hūectantibus impinguātibus erit vehemētis iuuaminis. Et admīstrētur sup iūcturas ⁊ sup originē lacertoꝝ olea faciēdo vnctiōeʒ post vnctiōeʒ cū studio cer̄bri valđ ⁊ cōpositiōem quā te docuimus in hūectatiōe cer̄bri: ⁊ infirmo dēt in potu lac recēter multum fm̄ mēsurā cōuenietem si nō fuerit febris ⁊ aqua ordei ⁊ aqua cucurbite ⁊ aqua melōis indi ⁊ iulep: siue fuerit febris siue nō fuerit. Si ergo misceat̄ cū aliquo hoꝝ parū vini albi vt penetrare faciat erit cōueniēs. Et similiter sint aque ip̄ius miste cū aliqua pte vini. Et oʒ vt assidue fiat ei cura hec p̄ter ꝙ moueat̄ saut! exercitio adhereat. Et si ē possibile vt totū corpus eius submergat̄ in oleo tepido fiat. Et fiat ei caputpurgiū cū hūectantibus que sunt ex oleis ⁊ succis ⁊ hūectet̄ caput eius cū eis q̄ sciuisti. Et oʒ vt sit firma statō i psilio ⁊ olō rof. Et ex eis quidē que ip̄os iuuāt est vt in potu sumāt tereniabin ⁊ ꝑprie infantes. Qđ si nō fuerit lactentes: ⁊ si habēs spasmū hūidū debilis fuerit v̇tutis nō abscidant̄ ab eo carnes sicce sicut carnes

minutaꝝ auium ꝛ cubugi ꝛ kerubiti ꝛ alteilez. Et
si non fuerit eius virtus debilis sint cibi eius pāis
cū melle ꝛ aqua ciceris cū aneto ꝛ sinapis etiaꝫ nu
trita cuꝫ oleo ꝛ ponat̄ in eo qđ ip̄e recipit piper.
¶ Cibus aūt h̄ntiū spasmū siccū sit totū qđ hūe-
ctat ꝛ lenit ꝛ omnes sorbitiōes pigues lenes facte
ex aqua ordei ꝛ oleo amigdalino ꝛ zuccaro bono
ꝛ aqua carnis assumpta ex carnibus agnoꝝ ꝛ hedo
rū: ꝛ qñꝫ pōant̄ ex oleribus hūectatiuis qđ fran-
git nocūentū carnis si fuerit illic caliditas: ꝙ si cuꝫ
illo parū vini misceat̄ vt ip̄m penetrare faciat nō
erit lōginquū a rectitudīe ꝛ ꝓprie qñ nō fuerit cali
ditas sup̄flua: ꝛ simil̄r si misceat̄ vinū cū aqua quā
bibit. ¶ Cura vero fiat ita. Si eniꝫ est humidus
oꝫ vt curet̄ cū euacuātibus ꝛ purgantibus fortibꝫ
p̄dictis quā diximus euacuatiōem hūoris grossi ex
neruis cū solutiuis ꝛ clisteribus acutis. ¶ Et si tu
videris signa sāguīs dn̄antia māifesta valde phle
botōa primo ꝛ ꝓprie si cā eius est repletō ꝛ pota
tio vini plurimi. ¶ Et nō extrahas totū qđ ne-
cessariū est ex sanguīe cuius extractō est ꝓpt̄ spas
mū aut egritudinē aliā significantem eius extracti
neꝫ: imo retīe ex eo aliq̄d vt r̄sistat spasmo ꝛ r̄sol
uat̄ resolutiōe motuum spasmi. ¶ Et ex eis cura
sunt submersio in aq̄s thermaꝝ ꝛ sessio in pellibꝫ
vulpiū ꝛ lupoꝝ que dicent̄ in capl̄o doloꝝ iunctu
raꝝ quoniā iuuat̄. Et similiter inūctō cū adipibus
lupoꝝ ꝛ oleo de lilio si nō fuerit febris: ꝛ simil̄r
decoctō catuloꝝ canū ꝛ sessio in aquis in quibꝫ de
cocte sunt medicine subtiles sicut abrotanū ꝛ folia
radicis iūci ꝛ calamus aromaticus ꝛ folia lauri ꝛ li
nimētū factū ex radice spine iudaice ꝛ semīe spine
albe ꝛ semīe spīe egyptiace ꝛ succo centauree mi-
noris sigilatim ꝛ cōposite. Et scias ꝙ longitudo
spacij more in tina siue sit aqua siue aliđ est ex eis
que nocēt ꝓpter mollificatiōem virtutis. Tu aūt
pone multitudīeꝫ nūeri loco lōgitudis spacij ꝛ fac
ip̄m sedere bis in die. ¶ Ex his aūt que iuuāt ha
bēteꝫ spasmū cōmunē qui nōiat̄ tetcis ꝛ tetanū sa
ctos a mā est vt subito in aqua demergat̄ frā fm
ꝙ dixit hip. Nā corporis exteriora inspissant ꝛ
īnatus calor in īterioribus claudit̄ quare cōfortat̄
ꝛ resoluit̄ materia. Nō est tamē omne corpus tol
lerans hoc a timore tutū. Sed corpus forte firmū
carnosuꝫ qđ vlcera nō habet ꝛ in estate. Plures
eniꝫ ꝑ hoc iam euaserūt. Et ille quidem qui vtīt
vētos̄ sup locū ad quē partes corde extendunt̄ oꝫ
vt vtat̄ sine scarificatiōe si res est leuis: ꝛ si non
est ita oꝫ vt fiat scarificatō est eniꝫ mortal̄ si nō sca
rificet̄ tūc: ꝛ nocēt qñꝫ attrahendo māꝫ. Vētosaꝝ
aūt loca sunt in collo ꝛ spōdilibus dorsi ab vtroꝫ
latere ꝛ ꝑtes lacerti pectoris: añ vesicaꝫ vero su
ꝑ renes nō facimus illđ nisi qum timemus ꝛ mise
rendo volumus vt sanguis egrediat̄. Et oportet
vt ventosas multotiens non admistres neqꝫ subi
to simul: ꝛ loca ventosarum custodiant̄ ꝛ cōser-
uent̄ ne corpus infrigidetur ꝛ ex curis eius est ut
applanet̄ qđ spasmatū est leniter ꝛ ex cura eius cō
tingente fm naturā est euētus febris acute ꝛ ꝓpte
rea dixit hip. vt si accidit fe. post spasmū meliꝰ
est ꝙ vt accidat spasmus post fe. Quartana quoꝫ
cōfert ad illđ ꝓpter cōcussiōeꝫ tremoris eius ꝛ ꝓ
pter multitudinē sudoris eius. Et cui accidit quar
tana raro accidit ei spasmus nā securus est ab eo.
Et ex curis quidē mirabilibus exꝑtis spasmo est
vt ponat̄ supra membrū spasmosum ren cōstri-
tus cū pinguedine sua. Deinde dimittat̄ sup ipsuꝫ
dōec siccet̄ ꝛ mutetur cū alio. ¶ In spasmo p̄te-
rea toti corpori cōmuni cōfert etiā intētio cerebri
etiam cū purgatiōe facta sternutatorijs magnifice
ꝛ in eis etiam expertū est vt ex lana plurimū mol
lificēt eis suspensoria que a collo ad vtrūqꝫ bran
chiū ꝓtendat̄ sup q̄ oī hora oleū calidum asp̄gat̄.
Balneū quoqꝫ siccū magīfice iuuat eos: ꝛ ut iclien
tur sup lapides ignitos sup quos asp̄gat̄ vinū ꝛ ut
sudent cū eo coopimentis. Et ex empl̄is quidē bo
nis est empl̄m factū ex storace liquida ꝛ euforbio
ꝛ castoreo ꝛ cera citrina ꝛ oleo de lilio ꝛ empl̄a di
cta in antidotario ꝛ adipes ꝛ reliqua ꝛ inūctio ex
fece ol̄i sisamini ꝛ olei semis lini ꝛ spuma fenugre
ci: ꝛ ex vaporibꝫ bonis ē sal calefactus positus su
per exitū neruoꝝ. ¶ Et ex eis quidē que in potu
sumpta afferūt fe. sūt castoreū ꝛ assa fetida ꝑmista
cū melle accepta fm quantitatē nucis: afferūt eniꝫ
febrem ꝛ resoluit̄ spasmus illico. Et similiter olū
de kerua ꝛ aqua mell̄ cū assa fetida ꝛ decoctō car
pobalsami. Ex eis que valde cōferūt ip̄is est i po
tu sumere tyriacā ꝛ cōfectiones magnas. Et qñqꝫ
cōfert sumere diuretica. Hec p̄terea medicina ex
perta est. In potu sumat̄ ex radicibus cotti. ʒ. xx.
decoctas in duabus ℔ aque dōec tertia remaneat
ex qua potēt fortiter. ℥. iiij. tepidas cū. ℥. ij. olei
amigdalini. Illđ eniꝫ cōfert ꝛ ꝓprie in spasmo q̄
est in posterioribus: ꝛ qñꝫ decoqūtur loco radicis
cotti carpobalsami. ʒ. x. ꝛ est eius potō. ℥. iij. et
similiter calamētum agreste. Et ex eis que vehe
mētis sunt iuuamēti est sumere in potu castoreuꝫ
ꝛ oppoponacū ex quibus qui fortis est bibat aur̄.
i. ꝛ mediū. ʒ. i. ꝛ custodi tūc stomachū quoniam
ip̄e ꝑ illđ tūc debilitat̄ vehementer. Et assa etiaꝫ
fetida sūpta fꝫ q̄ntitatē semis orobi i q̄ntitate. iij.
ʒ. ꝛ medie mell̄ ꝛ āmoniaci: similiter bibat̄ cottū
ꝛ decoctō isopi ꝛ aniuden ꝛ aqua castorei. Sūt eiꝫ
pl̄rimi iuuamēti ꝛ mīmi nocumēti. Sitqꝫ potō ex
eo quātitas duoꝝ coclearium vsqꝫ ad tria det̄ ad
potandum pluribus vicibus. Et sit quantitas ī eo
quod bibitur quantitas p̄dicta. Et minus quideꝫ
nocūentū fit in ip̄o si sit post cibū quocunqꝫ modo
sit. Nō est enim in ip̄o timor: ꝛ ex cura quidem
eius est vt inūgat̄ ex oleis fortis resolutiōis pre-
dictis sicut oleo cucumeris asinini ꝛ oleo đ kerua
ꝛ oleo rutino ꝛ oleo de costo cū castoreo et pire-
tro. Est eniꝫ valde iuuatiuum ꝛ ren dissolutus ꝛ
oleū narciscinū ꝛ oleū qđ ē huiusmodi. ꝝ ol̄i vtri
usqꝫ spice kist. i. cere. ℥. ij. olei de berberis kist.
i. polij amoi storacis masticis oīum añ. ℥. i. gari
ofil̄. euforbij amboꝝ añ. aur̄. iiij. spice. ℥. i. olei
balsami. ℥. i. cōmisceantur. Et ex illis que cōfe-
rūt eis est vt adīstret̄ empl̄ꝫ de euforbio ꝛ est iu
uatiuuꝫ valde. ¶ In eo aūt quod lactantibus ex
spasmo accidit sint cōtente vt ip̄aꝝ iūcturis appo
natur empl̄ꝫ ex melle cū quo cōfecta sint crocus ꝛ
radix lilij ꝛ anisum ita vt sit plurimū eoꝝ radix li
lij post anisū ꝛ sit ex croco res parua. Et cōsuescat
ponere mēbra sua in aquis in quibus decocta sint
camemilla fenugrecum ꝛ melilotum. Et quādoqꝫ

cōfert oleū camemillinū solū. Uinū aūt paucū
cōfert hn̄tibus spasmū hūidū: resoluit eniꝫ ip̄m si
cut febris. Plurimū vero est vna ex cāis eius. Et
oꝫ vt eger ex veteri bibat ⁊ sup cibum parump.
Et scias ꝙ qn̄ spasmus est cōis corporei excep
tis mēbris faciei tūc medici ītēdūt cū emplr̄is ⁊ vn
ctiōibus spōdiliū colli. Et qn̄ est in mēbris faciei
tūc medici intēdūt cerebro. Et cū hoc si spasmꝰ
est ex cōitate stōi ⁊ vides signa p̄dicta tūc īcipe et
fac hōiē illū vōere. Fortasse eniꝫ vōet choleram
acutā aut humorem putridū ⁊ liberabit in hora.

De Tetano. C. viij.

Tetanus est egritudo officialꝭ p̄hibēs vir
tutem motiuam a cōtractiōe mēbrorū
de quoꝝ aptitudiē est vt cōtrahant̄ ppt̄
nocumentū in lacertis ⁊ neruis. Dictiōe vero
alcuzeꝫ vtunt̄ in significatiōibus diuersꝭ aliȷ̄ enim
dicūt cuzeꝫ ⁊ sign̄t p ip̄m illū qui incipit a lacertis
furcule ⁊ extendit eos ad anteriora ⁊ posteriora:
aut ī utrasq; ptes simul. Et qn̄ꝫ dicūt cuzeꝫ oēꝫ te
tanū. Et qn̄ꝫ dicūt cuzeꝫ spasmū oculi pprie: ⁊ qn̄
q; sign̄t p ip̄m tetanū qui est duo spasmi aut duo
tetani posterius ⁊ an̄rius. Et qn̄ꝫ appriat̄ nōie al-
cuzeꝫ illū qd̄ est ex frigore ppter frigus cōgela-
tiuū. Tetanus aūt fm̄ veritatem est cōtrarius
spasmo ⁊ ingredit̄ in genus spasmi introitu cōtra
rioꝝ in genere vno ⁊ eoꝝ cōpatō ad cām vnā est
eueniens casu cōtrarioꝝ. Uerūtn̄ spasmus fit ad
pteꝫ vnā. Qn̄ ergo duo spasmi in duabus pti
bus cōtrarijs aggregant̄ fit tetanus q̄admodū acci
dit ei qui habet spasmū an̄ ⁊ retro simul. Accidit
eniꝫ ei ex duobꝫ motibus cōtrarijs in mēbris suis
vt extendant̄. Qūq; tetanus iste sit duo spas-
mi dupli oꝫ vt acutior sit spasmo simplici ⁊ erit
eius crisꝭ velocior. Et hic quidē duplus nō est ex
duobus spasmis imo ex duobus tetanis ⁊ neq;
euacuat̄ spasmus ī plurimo duarū reꝝ a dolorē ve
hemēti. Cause aūt cuzeꝫ similes sunt cāis spas
mi fm̄ modū vnū ⁊ diuerse sunt ab eis fm̄ modū
aliū. Eaꝝ aūt similitudo cū eis est quoniā cuzeꝫ
qn̄ꝫ fit ex repletiōe ⁊ qn̄ꝫ fit ex siccitate: ⁊ qn̄q;
fit ppter nocūentū cōsequēs mēbra neruosa: ⁊ in
terdū fit ex apostema tibus. Diuersitas vero eiꝰ
ab eo est quoniā spasmus nisi raro nō fit a vento
sitate: alcuzeꝫ aūt plurimū fit a ventositate exten
siua: imo alcuzeꝫ qui est cōpositus ex duobꝫ spas
mis qn̄ꝫ fit plurimū ex ventositate qū dn̄at̄ ī cor
pore. Et ē hec egritudo p´sa. Qn̄ aūt spasmꝰ sin-
gularis accidit in mēbro vno ex ventositate non
est prauus: ⁊ illū ideo quoniā istud fit ppter dōi
niū ventositatis in toto corpore. Et qn̄ cū spas-
mo singulari dn̄at̄ vētositas est illic timor ⁊ signū
mortis. Qualiter ergo erit duplus ⁊ diuersifica-
tur alio modo: ⁊ est quoniā cā in spasmo materia
li est vt cadat in loco nerui fm̄ formā p̄hibitiōis
dilatatiōis quoniam extendit villū in latitudine:
aut cōstrigit eū ad radicē suam ⁊ spasmatur. Cau
sa vero in cuzeꝫ materitali est quoniā casus eius ē
ecōtrario: aut eniꝫ hūiditas faciens cuzeꝫ currit fꝫ
lōgitudinē in ramis villi. Deinde cōgelatur ⁊ re
manet fm̄ duritiē ⁊ fit difficilis eius reditus ad
cōtractiōem: aut cadit subito ⁊ implet villū pter

ꝙ diuersificet̄ eius cā ex cā villi. Immo cadit fm̄
extensionem villi ⁊ dilatat̄ pter ꝙ in lōgitudine
minuat̄. Sed ip̄a fuat lōgitudinē implēs foramia.
Materia aūt faciens spasmū in neruis est diuersi
sitas in ramis neruoꝝ non penetrans in eis pene
tratiōe simili neq; penetratiōe plurima: ⁊ videt̄
ꝙ sit trāsitus materiei alcuzeꝫ qui est fm̄ hūc mo
dū similis trāsitui materie mollificatiōis. Uerūtn̄
illa materia subtilis est laxū faciens. Et hec quidē
cōgelata est dura nō pmittēs mēbrū reflecti ⁊ con
trahi. Aut erit materia in cuzeꝫ. Deinde cadit in
medio lacerti ⁊ corde aut nerui. verūtn̄ in prici-
pio sui trahit neruū aut cordā in lōgitudine ⁊ nō
pōt cōtrahi neꝫ penetratiōe plurimi: ⁊ videtur ꝙ
sit trāsitus materie: aut erit illic ap̄a: aut materia
cadit in rimis villi: ita ꝙ qn̄ mēbrū cōtrahet̄ ne-
cessariū erit vt ppter ip̄am cōtrahat̄ villus ⁊ leda
tur dolore. Causa aūt dolorē faciens ledens ē
materia aut nō materia cadens in pricipijs lacerto
rū aut cordaꝝ ⁊ fugiūt ab ea in lōgitudie sicut ac
cidit sp̄es cuzeꝫ successiōe vōitus laboriosi ⁊ eua
cuatiōis ppter lesiōem existentē in cordis ⁊ ī ner
uis lesis a stō. Hoc quidē si cā in cuzeꝫ sit sicci-
tas fit quoniā lacerti nō cōtrahūtur in latitudine
nisi ppter resolutiōem hūiditatū augmētantē lon
gitudinē ⁊ cōtrahūtur ex ea trāsitus in quibus pe
netrat virtus motiua ⁊ debilitatur a permutatiōe
mēbroꝝ ad cōtractiōem ⁊ ppric qn̄ adiuuat duri
ties contingens a siccitate ad inobediendū. Spas
mꝰ uero siccus similꝭ illi qn̄ꝫ cōtrahit ī lōgitudie ⁊
latitudie simul fꝫ seitā eq̄litatis. Quappt̄ siccus
spasmꝰ deterior ē alcuzeꝫ sicco ⁊ sicut mollificatio
accidit ppt̄ sectiōeꝫ similiter tetanus. ⁊ qn̄ꝫ fit vt
qn̄ plaga accidit elōget̄ lacertus fm̄ cōtractiōem.
Et ex alcuzeꝫ qn̄ꝫ accidit aliquid magnū forte ppt̄
causaꝫ fortē ⁊ materiā fortem plurimā. Et qn̄ꝫ cō
tingit fm̄ modū euentus spasmi stupor repletiuus
oppilans vias sp̄us: ⁊ remanēt membra extensa
⁊ nō dilatant̄ ad hoc. Sicut remāent mēbra cōtra
cta ⁊ nō extendūtur ad hoc vt inueniat sp̄us viaꝫ
⁊ trāsitū. Et hoc quideꝫ plurimū fit post somnū:
quoniā sp̄us in ip̄o intentus est ad interiora sicut
diximus in spasmo: ⁊ qn̄ꝫ accidit ppter formā nō
naturaleꝫ incōueniētē cōtrariā accidentem lacertis
⁊ minoratur virtus eius ⁊ facit dolorē nō tollerā
teꝫ vt remoueat̄: quare remanet fm̄ illā figuraꝫ
sicut qui a fune ledit̄: aut eleuat aliquid ḡue: aut
affert sup dorsū suū pōdꝰ ḡue: aut dormit sup ter
rā ⁊ terra ledit lacertos eius ⁊ cōtrahit eos: aut ac
cidit ei casus: aut pcussio cōterēs lacertos: aut se-
ctō: aut adustō ignis faciens eos dolere: quare
deficiūt a cōtractiōe. Et qn̄ꝫ est cū hoc materia ef
fusa ad eos: aut ventositas grossa generata ī eis:
aut ascēdit ad eos extēdēs ip̄os. Et q̄admodū spas
mus pprius mēbris faciei est malus. Similꝭr teta
nus quando cōsequit̄ palpebrā aut ligūā aut labiū
solūmodo. Et qn̄ꝫ cōtigit sp̄es alcuzeꝫ mali sic
ci queꝫ p̄cedūt febres insepabiles cū inquietudie
⁊ fletu ⁊ alienatiōe ⁊ color sit citrinus ppter eas ⁊
desiccat̄ os ⁊ labiū ⁊ denigrat̄ lingua ⁊ cōstrigitur
natura ⁊ exaspat̄ cutis ⁊ extendit̄. Oīs autem
cuzeꝫ a pcussiōe cui associant̄ singultus ⁊ pūctō et
pmistō ⁊ destructō ratiōis est mortalꝭ: aduēit eniꝫ

te fit inobediens: aut mouet̃ motu p̄focãte virtu
teꝫ. Et qñ occupat̃ in eũone eius cũ ſol'oe vẽtris
aut phl'omia cũ labore non toll'at virtus. Q̄uo eñi
toll'abit quũ ſit illic cũ ſua q̇ete ſincopis. Et cũ hoc to
to ipſi indigent eũone vehemẽter. Et iteꝝ ipſi in
digent cibo uehemẽter quoniā in hũoribus eoꝝ nõ
eſt qd̄ nutriat corpus ⁊ viuificet ipſuꝫ ⁊ corpus e
ius eſt priuatũ nutrimẽto. Qd̄ ſi ſtudueris in ci
bando addit̃ materia diminuta ⁊ ſi non cibat̃ cadit
virtus. Et accidit in inceptõe ſui vt effundat̃ ad
cor res fr'a faciens accidere ſincopim ⁊ minoratur
pulſus ⁊ tardat̃ ⁊ fit rarus. Amplius natura ſol
licita eſt in calefactõe materiei ⁊ ſubtiliatõe eius et
putredo que mouet̃ in quaſdā ptes eius adiuuat ſu
peã: ergo euadit cor a nocumẽto ⁊ frigore eius ⁊
cadit in nocumẽtũ caloris eius: quare fit pulſus ue
lox ⁊ ꝓprie in conſtrictiõe ſua pluſq̄ ſit velocitas
alioꝝ q̄uis illud qd̄ vincit cũ hoc ſit puitas ⁊ tardi
tas ⁊ raritas. Et piodus eius eſt piodus phl'atice
⁊ non alterat̃ ab ea: ⁊ eſt cũ ea inflatio faciei. ⁊ mol
lities corpis. Et colores habẽtiũ eaꝫ non figunt̃ ſup
diſpoſitõeꝫ vnā imo qñqꝫ eſt cinerea ⁊ plũbea eius
materia ⁊ qñqꝫ fit citrina ⁊ qñqꝫ fit nigra: ⁊ qñqꝫ fi
unt labia eoꝝ ſicut labia comedẽtis mora. Ocu
li v̇o eoꝝ ſunt fuſci virides exeũtes ualde apud cõ
motõeꝫ egritudinis ⁊ fit ſicut maniacus ⁊ qd̄ ẽ ſub
hypocondrijs eoꝝ eſt vehemẽtis inflatõis ⁊ ſil'r vi
ſcera eoꝝ. Et qñqꝫ euomũt acetoſum. ⁊ qñ eſt eis
ap̄a in quibuſdā viſceribus tũc non ſpatur oio.
Et qñqꝫ accidit eis in quibuſdā horis ex cholera do
minãte groſſa ⁊ fit cũ ea in uiſceribus aduſtio ⁊ euo
mũt chol'am ⁊ ſunt ei piodi phl'atice ſm pl'imuꝫ.

Febris ſincopal' minuta ſubtilis. C. liiij.

H Ec febris eſt acuta ⁊ cadit pulſus ⁊ uirtus
in poxiſmo vno aut duobus poxiſmis cũ
additõe ⁊ eueniẽs in corpe cũ velocitate.
Et qñqꝫ non ſufficit cũ ea virtus vſqꝫ ad. iiij. ⁊ fit
ex chimis ſubtilibus pl'm quoꝝ chol'icuꝫ eſt vehe
mẽtis ſubtilitatis ⁊ ꝓfundatõis male ſubſtãtie ve
nenoſe cui iaꝫ accidit putrefactio in corpibus calide
compl'onis ſicce valde ⁊ plures poxiſmi huius fe
bris ſunt poxiſmi tertianę.

Febris diurna ⁊ nocturna ex phl'aticis. C. lv.

D Iurna eſt cuius poxiſmus accidit in die et
eius tepor in nocte ⁊ nocturna eſt ecõuer
ſo ⁊ vtreqꝫ ſunt male ſed diurna eſt lon
gior ⁊ deterior ⁊ facit cadere ml'totiẽs ꝓpter lon
gitudinẽ ſuā ⁊ ſuuꝫ euentũ in calore diei in ethicaꝫ.
Et ſi ipſa non eſſet ſeua non accideret hora aptiõis
poroꝝ ⁊ reſol'onis vaporis: ⁊ nõ accidit niſi ꝓpter
multitudinẽ materiei ⁊ fortitudinẽ eius. Et eſt
neceſſariũ cũ hoc vt patientes eaꝫ cibent̃ in nocte ⁊
non pmittant̃ dormire ſup repl'onem ſtomachi ⁊ p̄
cipiat̃ vigilie: ⁊ eſt ex eis que faciũt cadere virtutẽ.
Et toll'antia febris in calore diei ⁊ vigilie in frigo
re noctis ſunt ex eis magis digne que faciũt cadere
in ethicā ⁊ ad ſummũ ẽ de genere febriũ difficiliũ.

Cura phl'atice. C. lvi.

C Ura huius egritudinis diuerſificatur ſm
horas ſuas. ſ. principiũ ⁊ augmentũ ⁊ ſta
tum ⁊ declinatõeꝫ. Et ſm appitiõeꝫ di
geſtionis in ea ⁊ eius occultatõem: ⁊ diuerſificatur
ſm materias ſuas. ſ. phl'aticā acetoſam ⁊ phl'aticam
vitreā ⁊ phl'aticā ſalſaꝫ ⁊ dulcẽ. Et omnes eius
ſp̄es cõicant in hora principij in tribus rebus in ne
ceſſitate lenificatõis equal' aut vomitus. Et in ne
ceſſitate admĩſtratõis ſubtiliantiũ ⁊ incidentiũ ⁊ di
ureticoꝝ. Et qũ ſupuenerint febri dies tres ſub
tiliat̃ in ea materia ꝓpter febrẽ ⁊ ſi ante illud mo
uebis nocebis ⁊ non facies aliquid. Et in augmẽ
to cũ ſubtiliatõe regis ſm equalitatẽ. Et fortaſſe ẽ
cõtentus aqua ordei in primis tribus diebus ſperã
do ꝙ ſit ſtatus eius ꝓpinquior ꝓpter ſubtiliatõem
materiei aut paucitatẽ eius. Qd̄ ſi certe ſciretur ꝙ
ſtatus eius eſſet tardus nõ ſubtiliaret̃ regimẽ q̄uis
fames ⁊ ſomnus ſup famẽ ⁊ exercitiũ ſup famem ſi
non debilitat̃ ſint ultia in iuuamento huius egritu
dinis imo declinaret̃ in principio ad ingroſſationeꝫ
vſqꝫ ad ſeptimũ deinde gradaret̃: veꝝ augmentuꝫ
eget vt ſubtiliet̃ regimẽ in primis. Si aũt ſtatus
apparet longinqus poſſibile eſt vt ſuccurrat̃ illi cuꝫ
ingroſſatõe regis: deinde gradet̃ vſqꝫ ad horā ſta
tus quoniā tempus eſt ſufferẽs hoc in hac egritudie
non ſufferẽs in acuta. Quqꝫ ptranſierit ſeptimus
non ſtes tunc ſup ſubtiliatiõeꝫ quoniā illa debilitat
⁊ addit in debilitate oris ſtomachi. Et quotiens
ſenſeris lõgitudinẽ maiorẽ ſubtilia minuſ q̄uis ſub
tiliatõ eius in ip̄a oio magis ſit neceſſaria ꝙ in quar
tana. Et ſimiliter oportet ne feſtines cibare ipſum
cũ eis q̄ ſunt ſicut pulli ⁊ panis cũ m̃uzaguarac niſi
timeat̃ debilitas aut appareat declinatio. Amplius
diuerſificat̃ cura eius cuius cauſa eſt phl'a ſalſuꝫ et
dulce: ⁊ cuius phl'a eſt vitreũ ⁊ acetoſuꝫ ⁊ fit ex ea
nimiũ frigus in qua corpus non caleſit. veꝝtñ i du
abus primiſ neceſſaria eſt lenificatõ cũ medicia leni
⁊ inflatio quedā. Et in duabus ſ'is cũ medicia ma
gis laborioſa. ⁊ in duabus primis indiget̃ inciſione
cũ ſubtiliatis in quibus nõ eſt calefactio pl'ma q̄uis
ſit exiccatio pl'ma. Et in duabus ſ'is neceſſariũ ẽ
illud qd̄ ſubtiliet cũ inciſione ⁊ calefactõe cũ acredi
ne ⁊ ꝓprie qñ phl'a eſt pmiſtũ cũ ml'ia. naꝫ neceſſa
ria ſunt in huiuſmõi ea q̄ ſunt ſicut diacyminũ ⁊ cõ
fectio de ſulfure ⁊ admĩſtratio ſalſoꝝ. Et cõueniẽ
tiores medicine que admĩſtrant̃ in pricipio ſunt ge
leniabin vſqꝫ ad diẽ ſeptimũ. ⁊ non eſt malũ vt ad
miniſtret̃ iteꝝ aqua feniculi ⁊ aqua endiuie ⁊ aqua
apij cũ geleniabin ſm neceſſitatẽ. Et ſirupus ace
toſus eſt vehementis neceſſitatis iteꝝ ⁊ aqua mel'
cũ iſopo ⁊ eſt poſſibile vt cõſequat̃ p eaꝫ illud qd̄
querit̃ de lenificatõe nat̃e ⁊ ꝓprie cũ ſolutiuo facto
de zuccaro roſ'. ⁊ roſis rubeis noiatis pſicis quoni
am eſt ſolutiuũ ⁊ lenitiuũ. Et quãdoqꝫ neceſſari
um eſt vt confortet̃ eius lenificatio ⁊ cõfricetur in
aqua lubleb ⁊ pmiſceat̃ ſi voluerit cũ caſiafi. ⁊ pe
nidijs. Et iteꝝ geleniabin acceptũ cũ melle ⁊ te
reniabin pmiſtũ cũ aqua lubleb: ⁊ nõ fiat aſſiduatõ

super ea cũ solutis in principio ⁊ post ipsuꝫ ⁊ ꝓprie
qñ cum materia est cholerica illud enim pducit ad cor
ruptõem cõplonis. ¶ Et mlti qdem hoĩes dant in
potu in principio sicut est medicina de turbit in oĩ
nocte ⁊ sicut pille de mastice in ebdomada bis ⁊ si
cut pille de semibus diureticis.

¶ Descriptio medicine de turbit.

¶ ℞. ʒinziberis ⁊ masticis amboꝝ. añ. ʒ. x. turbit si-
cut alcohol. ʒ. x. zuccari tabarzet q̃tũ omĩa. deẽ in
potu ei omni nocte auř. i. ⁊ illud fiat quando nata
est non lenis. Si enĩ rñdet omni die bis non indigꝫ
hoc. ¶ Ego vo non diligo expectatõem digestõis
⁊ lenificatõis cũ eis que diximus prius imo opꝫ vt
euẽtur ex ea aliqd ⁊ expecteẽ in reliqua vsq; quo
digeraẽ ⁊ fiat illud cũ facilitate paulatiꝫ absq; super
fluitate deinde pueniat ad diuretica. ¶ Et silr ab-
horreo quod est sile aque prunoꝝ ⁊ tamarindoꝝ et
siliuꝫ: de illis que debilitant ⁊ soluũt subtile. ⁊ si
materia fuerit declinis ad additionẽ frigoris misce
atur cũ ea medulla cartami. ¶ Et si fuerit materia
ad cholicã declinis misceaẽ cũ eo sirupus viol. aut
viole condite cũ siracost aut viole sicce cõtrite.

¶ Et adiuues cũ clisteribus leuibus factis ex melle et
sale ⁊ aqua sicle ⁊ oleo sisamino. ¶ Et vomitus fi
at cũ aqua rhaphani: ⁊ rhaphano infuso in sirupo
acetoso cũ semibus ⁊ his silibus ¶ Et si necessari
us est vomitus plĩmus ꝓpter multitudinẽ eius qð
accidit ei de nausea ⁊ alteratõe saporis oris: admi-
strent̃ gña rhaphani ⁊ bibaẽ ex eis vsq; ad auř. i.
cũ aqua frigida. ¶ Et vomitus qdeꝫ cũ eo qð est
in eo de debilitate stomachi est vehemẽtis iuua-
menti valde ⁊ est vltimus huic egritudini ¶ Opꝫ
ergo vt expecteẽ in eo septimus vt non accidat ex
eo in principio debilitas apans corpus stomachi. Et
si sit grauis in eo vomitus non puoces ipsuꝫ super
ipsum cũ labore. ¶ Et si accidit vomitus ⁊ ꝓprie
in principio piodi non retineaẽ nisi fatiget ⁊ debili
tet tunc enĩ restringaẽ sicut cũ miua ⁊ sirupo de mẽ
ta que dicemus post ¶ Et si accidat dolor capitis
administrent̃ embroce ex camẽlla cũ imissiõe. iiij.
extremoꝝ in aqua calĩa ⁊ ligatõe cruriũ cũ fortitu-
dine. ⁊ si indigeẽ aqua ordei admĩstrent̃ decocta cũ
radicibus q̃titate eq̃li: aut misceaẽ cũ ea sirupus ace
tosus de melle si non acetat in stomacho aut aqua
mellis si acetat. ¶ Et melior hora in qua daẽ in po
tu illud est si fuerit in aqua eius in principio rei tin
ctura tunc enĩ oportet vt in potu deẽ in primis de
gelenabin deinde deẽ in potu post ipm duabus ho
ris aqua ordei ¶ Et non oportet vt fiat inunctio
cũ vnguentis resolutis: ⁊ neq; embrocatio fiat cuꝫ
embrocis subtiliatis: qñ egritudo est in principio
⁊ hũor est in corpe ambulãs ipsa enĩ mollificat vi
scera sua calefactione hũida. ⁊ alieneẽ aqua frigida

¶ Et quotiẽs videris vrinã grossiorẽ ⁊ rubicũdioreꝫ
non erit malũ si phlomaueris. ⁊ necessariũ qdeꝫ est
vt redeas tunc ad sirupos acetosos. ¶ Et scias ꝙ
fricatio est de curatõibus iuuãtibus eos ⁊ q̃to fue
rit phlĩa viscosius ⁊ grossius tanto erit fricatio ma
gis conferẽs ¶ Et diciẽ ꝙ fricatio cũ tela aranee cũ
oleo est iuuatiua valde. ¶ Et qñ incipit egritudo
augumẽtari ⁊ post illud tunc sit sollicitudo de ore
stomachi ⁊ ꝙ ipsuꝫ cõfortat. ¶ Et sint masticati-
ones facte ex mẽta ⁊ mastice ⁊ aniso ⁊ admĩstretur

vomitus cũ rhaphano ſꝫ ꝙ diximus cũ minoratõe
cibi. Et sit cũ geleniabiꝫ qð in potu daẽ in principio
⁊ post septimũ pmistũ qð confortet os stomachi et
sit in eo puocatõ plurima sicut anisuꝫ ⁊ mastix.

¶ Et sit cũ aqua calida ⁊ ꝓprie in principio piodi. nã
ipsuꝫ resistit rigori ⁊ frigori ⁊ extinguit cũ hoc sitĩ
q̃uis sit extuosa ¶ Et mltotiens qdem cõceditur
eũo phlĩatis ⁊ hũoris crudi in hac hora sed melius
est vt expecteẽ in ea cõplementũ digõis ¶ Et qñ
egritndo incipit cũ calore ⁊ assiduat iuuaẽ cũ huius
mõi trociscis. ¶ ℞. myrobalanoꝝ citrinoruꝫ aloes
succi eupatoriј succi apsinthiј oĩuꝫ añ. ʒ. v. croci ⁊
masticis amboꝝ añ. ʒ. vi. informent̃ trocisci ⁊ su-
maẽ ex eis omni die pondus. ʒ. i. ⁊ omni nocte põ
dus. ʒ. ſ. Et qñ vides ꝙ digõ apparet adiuua eã
cũ eis que sunt sicut folia apiј ⁊ feniculi ⁊ radices
sq̃nati ⁊ capillus veneris. ¶ Si aũt scias ꝙ mate-
ria est frigida valde non est malũ vti pipe pauco ⁊
vti vino pauco subtili non plĩmo ¶ Et qñq; adiu
uant vnguẽta resoluentia ad digõeꝫ ⁊ resolõeꝫ cũ
virtute forti ⁊ sunt cõuenientiora in hac egritudine
ꝙ in reliqs febribus ¶ Et opꝫ vt cõsidereẽ in hoc
virtus ⁊ febris ⁊ rigor. Qð si uirtus fuerit fortis
⁊ febris non fuerit seua valde adde in ea inunctõi
bus cõfricãdo ⁊ si non admĩstrent̃ olĩa subtilia que
ad equalitatẽ sunt decliuia. ¶ Et qñ ptrãsit. xiiij.
tunc necessariũ est admĩstrare qð subtiliat plus si-
cut feniculũ ⁊ apiũ ⁊ fortasse indigemus seĩe ambo
rũ ⁊ aniso ⁊ eo qð est sicut sirupus acetosus cũ se-
mibus in quo ponunẽ isopus ⁊ albasce ⁊ admĩstra-
tõe trociscoꝝ de rosis. ⁊ fortasse est necessariũ ad-
dere in eis ꝓpter stomachũ tus ⁊ masticeꝫ ⁊ ciperũ
⁊ apsinthiũ ⁊ his silĩa ſm ꝙ exigit illud qð presens
est. ¶ Et vinũ subtile cõfert eis in hac hora cũ sub
tiliatõe sua ⁊ qa cõfortat calorẽ innatũ ⁊ qa puocat
⁊ sudare facit. Et qñ videris digestõꝫ et fortitudi
nẽ dabis ei in potu post illud trociscos de apsinthio

Et qñ videris frigus in principio poxismoꝝ noce-
re: et egritudo non est in principio: da in potu aq̃
calidã in qua decocta sunt ea que sunt sicut semen
apiј ⁊ anisuꝫ ⁊ ozimũ ⁊ admĩstrabis iteꝝ huiusmõi
⁊ fortiora eis embrocãdo ⁊ vaporãdo ⁊ huiusmõi
⁊ qñq; daẽ in potu ad rigorẽ vehementẽ.

¶ Decoctõ ſm hunc modum.

¶ ℞. ʒinziberis origani ameos oĩuꝫ. añ. ʒ. iij. corian
dri. ʒ. iiij. rosaꝝ colamẽti amboꝝ añ. ʒ. iij. passu-
laꝝ. ʒ. vij. decoquaẽ ſꝫ descriptõeꝫ ⁊ sit dosis. ℥.
iij. Et qñ videris phlĩa dabis in potu tyriacã ⁊ dent̃
iteꝝ in potu trocisci de rosis magni cũ aqua fenicli
⁊ deẽ ei omni nocte medicina de turbit ⁊ pille de
aloe facte cũ spẽbus que sunt sicut pip. Et ad illud
decoctio huiusmõi. ℞. hiere. ʒ. vij. turbit. ʒ. x.
myrobalanoꝝ nigroꝝ. ʒ. v. eupatoriј. ʒ. v. sal in
di. ʒ. iij. bedeoard suchaba oĩuꝫ. añ. ʒ. iiij. anisi.
ʒ. iij. decoquant̃ cũ aqua apiј ⁊ sumaẽ de ea in potu
ſm q̃titateꝫ necessitatis. ¶ Et fortius illo est illud
qð. ℞. duaꝝ radicũ ⁊ radicis liliј oĩuꝫ. añ. ʒ. x. hi
ere. ʒ. viij. succi eupatoriј. ʒ. v. se. apiј ⁊ feniculi
oĩuꝫ. añ. ʒ. iiij. spice mẽte amborũ. añ. ʒ. vij. fiaẽ
ex eis trocisci ⁊ admĩstrent̃.

¶ Decoctio bona.

℞. duaꝝ radicũ ambaꝝ. añ. ʒ. x. passulaꝝ enuclea
tarum. ʒ. vij. anisi ⁊ masticis amborum. añ. ʒ. iij.

bedeoard ⁊ suchaba ⁊ eupatorij oiuz. añ. ʒ. iiij. decoquant in libris tribus aque vsq; quo redeat ad librā. i. aque ⁊ sumatur in potu aliquot diebus in ieiuno.

Trocisci boni apud chronicas febres ⁊ vehementiam rigoris.

℞. biere succi eupatorij apsinthij suchaba bedeoard oiuz. añ. ʒ. v. semis apij ⁊ feniculi anisi oiuz. añ. ʒ. iij. sal. naptici. ʒ. iiij. seis cuscute myrobalanoꝝ kebuloꝝ. oiuz. añ. ʒ. x. agarici. ʒ. xv. trociscorum de ros. ʒ. xx. de turbit. ʒ. xxx. fiant ex eis trocisci ⁊ sunt solutiui. Et iteꝝ aloes myrobal. citrīoꝝ ⁊ reubar. masticis succi eupatorij apsinthij omniuz añ. ptez. i. croci ptis vnius medietatē terant ⁊ administrent. Et iteꝝ biere myrobal. kebuloꝝ sal oiuz. añ. ʒ. iiij. seis apij ⁊ feniculi ⁊ anisi oiuz. añ. ʒ. i. s. apsinthij. ʒ. v. trociscoꝝ de rosis. ʒ. iij. suchaba bedeoard oiuz. añ. ʒ. ij. terantur ⁊ informēt pille.

Decoctio bona.

℞. eupatorij. ʒ. v. ⁊ radicis lilij ⁊ radicis liqritie ⁊ ameos oiuz añ. ʒ. iij. semis apij feniculi añ. ʒ. iiij. rosaꝝ. ʒ. v. decoquat oia ⁊ sit dosis eius oi die. ℥. iij. Et iteꝝ. Radicū triū oiuz. añ. ʒ. x. semis anisi apij oiuz. añ. ʒ. ij. suchaba bedeoard eupatorij apsinthij oiuz. añ. ʒ. v. centauree. ʒ. iij. decoquant ⁊ bibant. ℥. iiij. Et iteruz herbe eupatorij fumi terre bedeoard suchaba apsinthij oiuz. añ. ʒ. v. passulaꝝ. ʒ. x. myrobalanoꝝ citrinoꝝ. ʒ. x. Et hec quidē cura est salso ⁊ ei in quo vincit cholerā magis conueniēs. Et agaricū qñ de eo sumit in puluere ex. ʒ. i. vsq; ad. ʒ. i. ⁊ tertiā diebus cōtinuis phibet elongari egritudinē. Sumat ergo puluis ex eo ⁊ cōmisceat cū melle ⁊ bibat. Et semē urtice post digestōez est mirabile valde sumptū cū puluere aut cū melle. Veꝝ si acciderit ei modus aliquis solonis ventris oportebit vt addat in eo ppter debilitatē epatis semē cuscute ⁊ ppter debilitatē stomachi mastix ⁊ amsuz ⁊ ppter debilitatē splenis ⁊ grossitudinē eius radix apij ⁊ scolopendria. nā multotiens associat huic egritudini splen ⁊ fortasse opz vt addant ppter ipsuz ciperi ⁊ grana de ben ⁊ fenugrecū: ⁊ cōsideret cū hoc dispō vehemētie febris vt non accidat vehemētia calefactiōis. De cōonibus vero que sunt fortiora ⁊ indiget eis in hac egritudine apud digōnez est vt augmentet dosis d pillis de turbit. ⁊ administrent clisteria fortia. Et de illis sunt pille iste. ℞. masticis sexta. ʒ. i. succi apsinthij qrta. ʒ. i. pipe collocintide sextā. ʒ. i. biere picre. ʒ. s. agarici. ʒ. s. informēt pille cū sirupo acetoso mellino ⁊ sumant in potu. Et de illis sūt pille de mastice ⁊ de aloe. Qd si materia fuerit ad caliditatē decliuis sumant de trociscis de spodio solutiuis. ʒ. iij. trocisci de turbit aur. i. scamonee aur. s. suci eupatorij. aur. ij. Et dent in potu sm qtitatē virtutis. Et iteꝝ Eupatorij apsinthij capil veneris ⁊ myrobala. fumiterre passulaꝝ mundataꝝ equales sumant ptes ⁊ dent in potu sm qtitatē necessitatis. Et si non suffert corpus solonez ventris puenmat ad diuretica ⁊ subtiliatia ⁊ sudare facientia. ⁊ de summa illoꝝ quibus indiget tunc ē infusio aloes cū melle. Et qñ declinat egritudo non est tunc introitus balnei añ cibū malus. Cibi autē eoꝝ sint subtiles sicut acetū ⁊ oleū. ⁊ qñq; ponitur in eis paꝝ almuri ⁊ pprie in fine eius. Illi aūt qui sunt fortiores sunt altaragi ⁊ pulli ⁊ alcubugi ⁊ his silia. post decliatōez. ⁊ oportz vt ponant in eis ⁊ pprie apud digōez ea in qbus est incisio sicut acetū ⁊ sinapis ⁊ almuri. Et si fuerit phla acetosuz maluz viscosuz porrū ⁊ aqua ciceris sunt de melioribus cibis eis. ⁊ qñq; ponunt in eis cyminuz ⁊ anetū ⁊ oleū. Et iteꝝ beguerid facta ex sicla ⁊ almuri ⁊ aceto ⁊ oleo abluto ⁊ alchaguamac sicut kēmach de capparibus ⁊ remach de aneto ⁊ origano ⁊ aniuden ⁊ asparagis. Et deuitent olea in qbus est infratio ⁊ būectatio. Et hora cibi est post tēporē poxismi: ⁊ erradicatōez eius: ⁊ ante poxismū adminus. iiij. horis. Mensura aūt somni eoꝝ est vt sit equalis vigilijs. vt sit digō materiei ad somnū ⁊ resolō ad vigilias. Et balneū qdez est vehementis nocumēti nisi post declinatōez. ⁊ succurrit vomitui eius qñ supfluit. ⁊ oportet vt administret in illo qd sit sicut miua ⁊ sirupus de gnatis cū menta simil cognitus. Et si necessariū est fortius sumat de granis granatoꝝ muzoꝝ. ʒ. x. ⁊ turis albi ⁊ masticis amboꝝ añ. ʒ. v. mente. ʒ. vij. decoquant in duabus libris aque in qua sint folia mente donec minuat. ⁊ succurrat fluxui ventris eius quz supfluit; cū retentōe eius cū eis que sciuisti de stipticis regimētalibus ⁊ medicinalibus. Sed eius qdem debilitatōi succurrit vt cibet successione eius pullis assatis ⁊ in patellis coctis. Et vt adhibeatur suffumigatōes ⁊ odores mutificantes. Et si acciderit inflatio in facie ⁊ extremitatibus iuuant qū administrant huiusmōi trocisci. ℞. anisi ⁊ lacce ablute amboꝝ añ. pondus. ʒ. v. amigdalaꝝ excorticataꝝ croci marmacor oiuz añ. ʒ. iiij. semis apij semis feniculi floris sqnanti oiuz añ. ʒ. iij. floris eupatorij. ʒ. iij. spice. ʒ. v. biere picre. ʒ. vij. rosaꝝ. ʒ. x. fiant ex eis trocisci ⁊ administrent. Et fortasse indigebis eis que sunt sicut omorusia ⁊ dialacca ⁊ medicamē de amigdalis amaris. Et ad longitudinē febris. ℞. rosaꝝ pondus. ʒ. x. masticis ⁊ spice ⁊ feniculi ⁊ seminis apij ⁊ semis endiuie ⁊ succi eupatorij ⁊ succi apsinthij oiuz añ. ʒ. iij. spodij. ʒ. v. fiant trocisci ⁊ sit dosis ex duabus. ʒ. vsq; ad. v. cū. ʒ. x. de geleniabī in decoctōis fenicli qtitate. ℥. ij. ⁊ ameos confectū cū melle est magni iuuamēti in huiusmōi loco. Et fortasse indiges ppter longitudinez frigoris fricatōe ⁊ modus in ea est vt incipiat ab humeris ⁊ inguibus qñ spargit calas in manibus ⁊ pedibus ⁊ calefiūt. Si aūt senserit silitudinē lassitudis fiat pmutatō ad fricatōez dorsi ⁊ quādo vehemēs fit calefactō que necessaria est in eis tunc dimitte eā ad aliud membꝝ. Et de olis bonis eis est olium dulce in quo non est stipticitas ⁊ oleū camemillinuz ⁊ oleū de aneto decoctū in vase duplici. Quz ergo cōpleueris tunc absterge oleū aliqd vt non angustiet ⁊ non est malū si fricatōez siccā sequat fricatio cū oleo aliquo. Et de illis que seruat stomachos eoꝝ vt non debilitent sunt vnguēta inuncta capiti stomachi que sunt sicut camemillinū ⁊ oleū nardinū ⁊ oleū anetinū ⁊ fortius illo alnazoki. Et de emplis iuuatis est vt decoquat camemilla cū re pauca masticē decoquēdo cū vino cū duplo sui de melle. Et si ceciderit appetitus. tunc melius est vt non

admistret vinū soluꝫ imo in quo decocta sunt sicut camemilla ⁊ dactili ⁊ melilotū ⁊ apsinthiū.

¶ Cura phlegmatice cōtinue que noīatur latica.

¶ Cura eius. C. lvij.

Est cura faciētis poxismū omni die. ⁊ differt ab ea quoniā oportet vt in illa sit admistratio subtiliantiū caloꝝ cū facilitate. Et hoc si fuerit cōtentus eis que sunt sicut sirupus acetosus ⁊ geleniabin ⁊ iuleb de melle ⁊ aqua eius ⁊ aqua feniculi ⁊ apij ⁊ radicū triū sine dubio confert. Et qnq; confert eis kisch de aneto ⁊ kisch de capparibus ⁊ ꝓprie cū vestigijs digōis. ¶ Et ꝑparent cibi eoꝝ in obseruatiōe tēporū ⁊ diuersitatis eius ⁊ fortitudine virtutis ⁊ debilitatis eius ꝑpatione cuius rememoratō ꝓterijt: ⁊ de medicinis boīs ad eos sunt trocisci de decē generibus. Et iteꝝ de medicis exptis ad eos ē illa que .ꝝ. rosꝫ. ʒ. vi. succi liqritie fumiterre spice oium aā. ʒ. iiij. masticis ʒ. iij. karabe. ʒ. iij. anisi. ʒ. ij. prepent. ¶ Iteꝝ trocisci eupatorij. ʒ. iiij. rosaꝝ. ʒ. i. ⁊ tertiā spodij. ʒ. ij. ⁊. ſ. ¶ Et iteꝝ trociscoꝝ apsinthij quoꝝ descriptio. ꝝ. assari semis apij anisi amigdalaꝝ amaraꝝ suchaba bedeoard succi eupatorij spice masticis oiuꝫ aā. ʒ. ij. Et iteꝝ eupatorij. ℥. iij. rosaꝝ rubearum lb. i. spice. lb. ſ. spodij. ℥. iiij. ¶ Cura ēpialos ⁊ liparie. ¶ Cura eaꝝ ꝓpinqua est cure quā diximus ⁊ sunt ambe associate vni vic. Et oportet vt incipiat in primis a sirupo acetoso mellino ⁊ zuccarino ⁊ precipit in eis ambabus vt administret rob acreste decoctū cū melle ⁊ sirupo rosꝫ: deinde fiat gradatio de via sumendi in potu semina ⁊ aquas eoꝝ ad infusionē aloes: ⁊ trociscos de rosis cū mastice: ⁊ pillās de aloe ⁊ hierā picrā ⁊ pillās d̄ eupatorio. ¶ Et oꝫ vt in eis ambabus simlr stomachi sollicitudo habeat ⁊ admistret vomitiuū cū aqua faseoloꝝ ⁊ rhaphani ⁊ anisi ⁊ calamēti ⁊ diuretica. Et de solutiuis iuuatiuis est illud quod fit ex myrobalanis nigris ⁊ citrinis ⁊ turbit ⁊ zuccaro. Et de illis q̄ conferunt eis iuuamentū magnū sunt clisteria decliuia ad acuitatē ⁊ in quibus ponunt medulla cartami et centaurea mīor ⁊ anetū ⁊ camemilla ⁊ alhasce ⁊ melilotū ⁊ almuri ⁊ mel ⁊ regimē liparie indiget subtilitate plusq̄ regimē alterius.

¶ Cura febris cū sincopi ⁊ humorosa. C. lviii.

Hec febris est difficilis cure. ¶ Et modus in curatōe eius est eūo gradata ex subtili ad fortē ⁊ ꝓprie qn̄ natura non respondꝫ ex se: tunc eniꝫ cū clisteribus munda quod est in intestinis ⁊ venis ꝓpinquis eis ex supfluitate: ⁊ administras in residuo subtiliationē cū fricatiōe. ¶ Et Gal. qdeꝫ dixit ꝙ deficit ab eūone plmuꝫ eoꝝ nisi cū fricatōe. ¶ Et melior modoꝝ in fricatiōe eorū est vt incipiat a coxis ⁊ cruribus descendēdo a superiori ad inferius: ⁊ admistret illud cū mantili aspero abradente cutē deinde pmutet ad manus descendēdo ab hūero ad spatulā ita vt igneat cutis: deinde ad dorsuꝫ ⁊ pectus deinde redeat ad crura ⁊ reuertat ad ordinē primū. Et ponat medietas tpis eorū fricationi ⁊ medietas tpis eoꝝ dormitōi si possibile est. ¶ Et ad summū canon curatōis eoꝝ est subtiliatio non calefactio valde. ¶ Et de illis que conferūt eis sunt subtiliantia sicut aqua mellis cū virtute isopi ⁊ semis apij in matutinis ⁊ silibus eis.

Qd̄ si fuerit illic fluxus ventris supfluus decoque mel decoctōe vehemētiore ⁊ non soluet nisi paruꝫ tempatū iuuatiuū. ¶ Et sirupus acetosus mellinus iteꝝ confert eis in estate qdeꝫ ⁊ cū cōsuetudie potus aque frigide pmistus cū aqua frigida. ⁊ in hyeme oportet vt non sumat eā in potu penitus ⁊ sit contētus aqua calā. ⁊ assumere calm ex potibus est melius eis nisi apud necessitatē estus estatis ⁊ vehemētia caloris plmi. Et cōuenientius quo potant ad sitim est sirupus acetosus mellinus. ⁊ vinū confert eis in pricipio ⁊ ꝓprie si fuerint febres eoꝝ sanguinee: sed paꝝ sunt ⁊ ꝓprie in senibus. ¶ Et necessariū est eis vinū post cibū. ⁊ tibi qdeꝫ necessariuꝫ est vt cōsideres pulsuꝫ habentiū hanc egritudinem semp ⁊ qn̄ uideris eū incipe debilitari ⁊ cadere subito ciba eū pane infuso in vino cōmisto si non ꝓhibet apā in visceribus. ¶ Qn̄ ergo associat ei huiusmodi egritudo non est curatōi modus neq; fiducie locus. s. qn̄ accidit huiusmōi alteratō in pulsu ⁊ hec qdeꝫ cibatio est ex eis que necessaria sunt qn̄ vehemens fit sincopis: veꝝ oportet vt ꝓhibeat illud. Cibus aūt sup quē fit dormitio est aqua ordei sup quā non addat nisi qn̄ cadit virtus. ⁊ si addit tunc sit panis infusus in iuleb aut aqua mell. ¶ Et balneū quidē est de rebus nocibilioribus istis ⁊ calidū ⁊ frigidū valde ex aere cū calido eniꝫ non sit securitas de cursu hūoꝝ ad pulmonē ⁊ ad cor ⁊ ad cerebrū ⁊ frigidū ꝓhibet digōeꝫ eius ⁊ addit in oppilatōeꝫ eius. ¶ Qd̄ si fuerit in ea hūor cholicus aliquis tunc si facilis est vomitus ⁊ lemat est iuuatiuus valde ⁊ ad vltimū melius est vt assidue ꝓficiat in ea.

¶ Cura febris cum sincopi minuta. C. lix.

Oportet vt emplētur pectus eius cū sandal ⁊ aqua ros. ⁊ viuificet cū cibo paulatim. Et sit cibus eius sicut panis de simila infusus in aqua ḡnatoꝝ infrigidata si desiderat ipsiuꝫ ⁊ silr in aqua de fructibus. ¶ Si aūt indiget ad virtutē almosofat factis ex pullis cū aceto ⁊ aqua acreste ⁊ olibus frigidis ⁊ ꝓprie coriādro erit iuuamētū in hoc si exhibeat.

¶ Regimen nocturne ⁊ diurne. C. lx.

Regimen earum ambaruꝫ est regimē phlaticaꝝ neq; est diuersitas in eis.

¶ De quartana piodica. C. lxi.

Plurimū quartana est piodica ⁊ mīoratur casus quartane insepabilis. ¶ Cause uero q̄rtāe sunt ea que generant mliaꝫ postea putrefaciūt eā ⁊ tu iam sciuisti totū illud. ¶ Et sciuisti ꝙ mlia alia est que est fex sanguis. ⁊ alia est q̄ est adustio eius ⁊ cinis hūoꝝ. ¶ Et sciuisti ꝙ de illa est sanguinea ⁊ de illa est phlatica ⁊ de illa ē cholerica ⁊ de illa est adustio ipsius mlie natural. ¶ Et existimauerūt qdaꝫ hoīuꝫ ꝙ quartana non generat ex mlia naturali quoniā ipsa non putrefit. ¶ Et huius qdeꝫ sermo non oportꝫ vt auscultet: imo de ꝓprietatibus oīs hūiditatis est vt putrefiat q̄uis rarificet in prepatōe. Et plm qdeꝫ euenit in successione egritudinis febriū diuersaꝝ putridaruꝫ ꝓpter diuersitatē hūoꝝ ex quibus generant ex quoꝝ putrefactōe qn̄ addunt ⁊ non eūant mltiplicat mlia. deinde qn̄ putrefit est quartana. ¶ Et mltotiēs quidē accidit successione splenis ⁊ cū hoc ipsa fm plmū

non eũatur ex dolore splenis aut duritie eius ⁊ saluior quartana est illa que non accidit ab apate sple nis aut aliis aut cũ qua non est apa splenis. Quartana eni que euenit ab apate splenis aut cũ qua est apa splenis mltotiẽs pducit ad hydropisiz ⁊ pnitiẽ. Et quartana que salua est liberat ab egritudinibus malis mlicis sicut mlia ⁊ epilepsia ⁊ in ea est securitas a spasmo quonia hũor est siccus ⁊ fm plmuz est egritudo salua. ⁊ qñ non accidit in ea error non addit supra annũ. ⁊ qñq; pdurat .xij. annis: ⁊ qd est infra eos. ⁊ que ex ea longa est pducit ad hydropisim. Et scias q autũnus est inimicus quartane.

Signa. C. lxij.

Scias q quartana incipit in primis cũ frigore puo: deinde incipit frigus eius addi postea miorat paꝝ ap statũ sicut i phlate. Qñq; calefit corpus non est calitas vehemẽs licz sit maior ⁊ magis apparẽs q illa que est in phlatica: ipsa eni cũ difficultate sua ⁊ inflatõe non inflatur inflatõe de qua curat sicut ignis in lignis grossis ⁊ nõ cõprehẽdit sup corpus totũ imo est illic calitas cuz horripilatõe ⁊ ca in hoc est grossitudo hũoris. Et est cũ frigore ⁊ aliqtulo dolore quasi frangat ossa ⁊ est illic cõtractio pꝓter qua stridẽt dentes: verũ non sicut in phlatica quapꝓter pducit illud ad debilitatẽ visus. Veꝝ lenit apud digõem quonia malitia miorat sicut fuit in principio paꝝp. Et de signis quartane sũt cause eius añcedẽtes ex febribus que plongate fuerũt: ⁊ ex splene aut dolore. ⁊ de signis quartane et sunt dispo cõplõis ⁊ significatões mlie ⁊ etas ⁊ tempus ⁊ cibus ⁊ forma ⁊ cõsuetudo ⁊ que sunt his silia. Et piodus eius est .xxiiij. horaꝝ. Et mltotiẽs est febris tertiana in estate quidẽz: ⁊ fit quartana in hyeme ⁊ mltotiẽs pducũt febres diuerse ad febres pmistas in quibus non est ordo pꝓter diuersitatẽ residui hũoꝝ remanentiuz post febres. Quz ergo status cõfirmat fm cinereitatis adõitõez cõfirmant sup quartana. Et illius quidẽ que est a phlate adusto sunt poxismi longiores: ⁊ accidit eis frigus fm plus successione assiduatõis ⁊ est sudor tardior ⁊ vrina grossior ⁊ durities venaꝝ mior ⁊ fit fm plm successione febriũ phlaticaꝝ. Et illaz que est a sanguine adusto añcedunt signa sanguĩs ⁊ febris eius ⁊ rubedo vrine ⁊ significat ipsaz forma ⁊ etas ⁊ tẽpus. ⁊ fortasse erit post febres sanguineas. ⁊ in illa que est a chola adusta ẽ pulsus vehemẽtioris velocitatis ⁊ freqtie ⁊ incipit cũ horripilatõe ⁊ frigore i carne ⁊ sui ⁊ sudor. Et qñq; sit ira ⁊ sudor ⁊ inflatio ⁊ signi ipsaz sora tempus ⁊ etas. ⁊ qñq; significat ipaz q ipsa fit successione febriũ cholicaꝝ. Et pulsus in quartana est decliuis ad duritiẽ pꝓter siccitatẽ hũoris. Ipse eni trahit ad interiora quasi ipse esset pulsus senis: ⁊ ad equalitatẽ dũ non mouet ⁊ si moueat diuersificat pulsus valde pꝓter grossitudinẽ supfluitatis ⁊ fit mũdificatio eius apparẽs apud tẽporẽ ⁊ est significatio cõpleta sup quartana. Et mltotiens accidit in eo diastoles inequal ⁊ systoles vehementis necessitatis fm cõtrariũ eius qd est in tertiana.

Et pulsus qdez quartane melior est pulsu phlatice in puitate ⁊ freqtia sed est similis ei in tarditate: ⁊ ap inceptõez poxismi adõit tarditas sua ⁊ freqtia ⁊ diuersitas eius est maior diuersitate reliquaꝝ febriũ deinde incipit magnificari ⁊ fieri frequens et velox. Et vrina in quartana est siliuz horaꝝ in priuatõe digestõis pꝓter frigus materiei ⁊ grossitudinẽ eius nisi ap statũ bonũ. Veꝝ dispões eius ⁊ colores eius diuersificant ⁊ illud ideo: quonia melacholia generat ex hũoribus diuersis. Et de signis digõis quartane est leuitas tremoris. Urina aũt in principio est alba ad viriditatẽ decliuis: cruda cui non est digestio. Et post principiũ diuersificat eius dispositõ pꝓterea q plm mlie est generatũ ex hũoribus diuersis ⁊ est ap declõnez nigrũ. Et sudor in quartana est plmus p cõpatõez ad phlatica ⁊ non multiplicat p cõpatõez ad alias ⁊ sitis minorat in hac febre: nisi sit a melacholia cholerica.

Cura. C. lxiij.

Consideretur in hac egritudine an sit mlia phlatica aut mlia sãguinea aut mlia cholerica aut mlia mlica. Deinde rege vnãqũq; eaꝝ cũ eo qd ei est cõueniens de illis que dicemus. Veꝝ oibus spẽbus suis sunt iudicia in quibus cõicant: ⁊ illd est q ipe minuũtur in principio quare necesse est vt attendat an sit sanguis dñans i ea ⁊ pꝓprie qñ quartana est a mlia sanguinea tunc eni phlomet ⁊ extrahat sanguis fm qtitatẽ necessitatis ⁊ fortasse exigit multitudo eius ut extrahatur de eo res plurima. Et qñ non est necessaria phlebotomia tũc phlõia est nociua inqtũ debilitat ⁊ inqtuz educit cõtrariũ mlie ⁊ inqtuz mouet hũores ad exteriora. Et si oportet eũetur a principio d hũore faciente febrẽ aliqd ad alleuiandũ ⁊ mũdificãduz. Illud eni apud digõez est fm q innua ad ipm Et sit post poxismũ p diẽ. Et non oportet vt fiat pꝓuocatõ in primis cũ fortitudine ⁊ oportz vt admistrent mollificatia. Et si tibi non videt bonũ vti potionibus admĩstra loco eaꝝ clisteria conueniẽtia sed oportet vt sint leuia ⁊ non cõcedit cõfortatõ eoꝝ nisi qñ cõsequit egritudo statũ. ⁊ si medicus iaz pͣsumpserit ⁊ sõne eduxerit mliaz in principio aliquotiẽs solutõe forti ⁊ phibuit egritudinẽ penitus sed est rectũ ab errore. Et oportz vt pꝓhibeat in die poxismi a comestiõe ⁊ pcipiat ieiuniũ ⁊ phibeat ab aqua frigida illa die ⁊ est necessarium in reliquis diebus vti carne taiegi aut pulli in primis taiegi vsq; ad tres vl quattuor piodos. deide pulli tunc eniz pullus est melior. Et sit medicia in die poxismi geleniabin cõfricatũ cũ aqua calida in die bis aut ter. Sintq; .ʒ. iij. geleniabin cũ .ʒ. x. sirupi acetosi. Et tu qdez scis q qñ mlia est cholerica tunc oportz ut admĩstrei in ea quod soluat ea ex genere myrobalanoꝝ ⁊ viole. Et si est phlatica oportet vt admĩstret in ea aliquid in primis i quo sit virtus polypodij ⁊ epithymi ⁊ similiũ. Et scias q aqua casei est bonũ vehiculũ ei quo administrat de virtutibus predictis. ⁊ fortasse cõfert administratõ eius solius qñ est caliditas violenta naz geleniabiz ⁊ aqua eius colata cũ decoctõe sua forti est loco ipsius pꝓprie qñ est in stomacho debilitas: aut est illd qd vincit hũor frigidus ⁊ vomitus iteruz ⁊ pꝓprie ante cibũ ⁊ post cibũ ⁊ est cõuenientior ⁊ pꝓprie in die poxismi ⁊ ante poxismũ ⁊ pꝓprie qñ mlia est phlatica est de rebus iuuatibus in ea ⁊ non

in principio tantū imo ⁊ in omni hora. ¶ Oportet
ergo vt non laboret in principio ⁊ in principijs di-
igestōis vsq; ad aduentū cōplemēti digestōis in eua
cuādo supfluitatē cū eo qđ calefacit cuȝ fortitudine
neȝ cū eo qđ exiccat cū fortitudine ex medicia ⁊ di
missione ciboꝝ neq; cū eo quo debilitat ex solutiōe
ventris neq; iteꝝ cū eo quod debilitat in principio
ex subtiliatiōe regis ¶ Et scias q̄ qñ incipit quar
tana in estate aut hyeme tunc oportet ut in potu de
tur in primis de aqua ordei ⁊ secamabiȝ ut apiat vi
as oppilatas ꝑpter ꝓuocatiōeȝ ⁊ cōsumat velociter
⁊ illud est post piodū añcedentē tribus horis aut q̄
tuor. Et cū accidit quartana in hyeme tunc non est
modus vt dent in potu trocisci ¶ Et scias q̄ res
frigide ⁊ hūide facilis digōis boni chimi sunt coue
niētes huic egritudini ī q̄ñ ē febris ⁊ ex hoc q̄ sūt
contrarie vni duaꝝ q̄litatū meli͛ q ē siccitas q̄ e oȝ
vt admistrēt iteꝝ vbi non timet nocumentū dige-
stōis ⁊ non sit q̄tītas ex qua timet nocumentū i di-
gestōe aut misceat cū eis aliq̄d q̄ eaꝝ frītateȝ tēpet
⁊ non minuat eaꝝ hūiditatē ⁊ iste sunt res calide cū
equalitate. Et alienet omne frigidū ⁊ siccū ¶ Et
res hūide ⁊ frigide huic egritudini cōuenietes sunt
sicut endiuia ⁊ lactuca ⁊ melon ⁊ psica q̄ñq; ¶ Et
non oportet vt deuitent huiusmōi nisi aut ꝑpter
vehemētiā frigoris ⁊ est inuentū sicut in lactuca et
non est inuentū sicut in melone dulci aut ꝑpter ve
hemētiā ꝓuocatōis pducentis ad ingrossatōeȝ san-
guīs ⁊ illud est inuentū in melone dulci aut ꝑpte-
rā q̄a prepata sunt ei qđ pmisceat putredinē ⁊ est il
lud inuentū in psicis ⁊ oportet vt obseruet huius
modi. ¶ Cibi vero calidi cū equalitate cū additōe
in hūiditate sunt iuuantes valde ⁊ ꝓprie qū volūt
equatōeȝ calītatis eoꝝ vbi non diligit vt p ca fiat
iuuamentū ad digōeȝ cū frigidis ⁊ hūidis sicut com
mistio ficuū cū endiuia ¶ Et non est malū in pris
sumere ea in q̄bus est salsedo ⁊ acredo ⁊ incisio qū
non timet crementū calītatis. In fine aūt egritudis
non est excusatō illius. ⁊ trocisci de apsinthio iuua-
tiui sunt vsq; ad finē egritudinis ¶ Et de illis q̄bus
fit iuuamentū est sessio in aqua calida dulci ante ci-
buȝ omni die: ⁊ balneatō que hūectat ⁊ non facit su
dare neq; excitat caliditatē ⁊ cōtinuatō delitiaꝝ et
quietis ⁊ abhorrere exercitiū ⁊ motus corporeos et
aīales ¶ ⁊ omnes iste febres indigēt hūectantibus et
diuersificant in q̄tītate infrigidatōis ⁊ calefactōis.
¶ Et necessitas sua qua indigent exiccatiuis est ꝑpter
illud quod est in eis de virtute incisionis ⁊ absterr-
sionis ⁊ solōnis ⁊ non ꝑpter exiccatōeȝ ¶ Et opȝ
vt obseruet stomachus cū emplīs bonis cōfortati
bus que sunt inter virtutē calītatis et subtilitatem
eius s̄m q̄ exigit dispō. ⁊ obseruent splen ⁊ epar
⁊ regant vt non indurent ⁊ apent ¶ ⁊ fortasse est ne
cessariū ad ꝓuocandū vomitū vti aqua rhaphai cū
semīe suo que misceantur cū sirupo acetoso. ¶ Et
fortasse iuuat cū añcessione cōmestionis sicle ⁊ eius
q̄ salitū est de piscibus ⁊ sinapis ⁊ his similiū ante
ipsuȝ. Et adiuuat post illud cū potu aque mīte. de
inde fiat successio cū sirupo acetoso ⁊ euomat ¶ Et
de illis que cōferūt ei est vt sumat ipsū in die po-
xismi deīde euomat sup ipsuȝ ⁊ securitatē facit a no
cumēto febris qđ est ꝑpter frigus ⁊ rigore ⁊ acui
tatē febris si sumat alia ⁊ mel ⁊ bibat in upū aceto

suȝ mellinū ⁊ impleat cibo. deinde sumat aquā ca-
lidā ⁊ euomat. ¶ Qñ ergo cōsumit poxismus ce-
net reȝ paruā ⁊ balneet in mane. Et si sumat ante
poxismū. v. horis cibū vt euomat fortasse iuua-
bit illud licet non euomat. Et vomitus ante poxis
mū quicūq; hūor sit aut alleuiat poxismū aut erra-
dicat ipsum. Et de regie bono est q̄ ieiunet in die
poxismi si non est qđ ꝓhibeat ⁊ non sumat cibum
donec cōsumat poxismus. ¶ Et ingrediat balneuȝ
die ƀo siq̄deȝ fuerit digō s̄m descriptōem ⁊ si non
fuerit digō non fiat in eo nisi effusio aque calē q̄ti
tate quā delectat corpus ⁊ humectat minus q̄ vt p
ueniat ad hoc vt liquefiat ex ea hūor ¶ Et in die ter
cio admistret vomitus ꝑpter illud qđ supfluit de
cibo ⁊ qđ resoluit balneū q̄uis oporteat vt admi-
stret vomitus in die poxismi iteꝝ ¶ Qđ si mīa
fuerit sanguinea iuuabit cū phl'omia ex basilica de
inde p euōneȝ subtilē cū eo in quo ponunt de mūdi
ficantibus sanguinē sicut virtutes suchaba ⁊ bede-
oard ⁊ polipodij ⁊ fumiterre ⁊ myrobalanoꝝ kebu
loꝝ ⁊ hoc q̄deȝ genus velociter recipit curatōeȝ.
¶ Et si fuerit mīa cholica tunc tibi inest vt admini-
stres infrīatōeȝ ⁊ hūectatōeȝ ultimas ex medicinis
⁊ cibis ⁊ admīstra aquā tempatā sedēdo in ea ⁊ ab
luendo. ¶ Et fiat lenificatio nature in principio cū
eis que sunt sicut illud qđ fit ex uiol' ⁊ qđ fit ex aq̄
casei cū virtute polipodij: aut sirupus acetosus cū
epithymo ⁊ sirupus ros'. ⁊ aqua iuleb ⁊ casiafi.
¶ Qui vo s'os'o eius integra spat post. xx. dies quoniaȝ
digō apparet in eo. i. qñ materia est mīa cholica:
deinde fiat ḡdatio ad illud qđ subtiliat ⁊ incidit.
¶ Et si necessaria est rectificatō stomachi tunc fiat cū
inunctōibus ⁊ oliis ⁊ epithimatibus que non ptrans
eant virtutē camemillie ⁊ apsinthij ⁊ melliloti ⁊ si-
miliū ¶ Et ieiuniū plurimū vsq; in die piodi ⁊ qñȝ
iteꝝ est ex eis que non cōueniūt ei. ⁊ si sit ut in die
piodi sufficiat eis de cibo paꝝ modicū. ¶ Et de mū
dificatiuis iuuātibus sunt ea in quibus est decoctio
myrobal'. ⁊ epithymi ⁊ sene i sirupo acetoso i quo
decocte sunt viole. ¶ ⁊ fortasse sumit in potu ēnic in
eo aīsa in ieiunio ꝓprie in die poxismi ⁊ euoāt ipm
si nauseat cū aīa eius ¶ Et si fuerit mīa phl'atica
redeat ad sirupū acetosuȝ mellinū cū aqua apij ⁊ fe
niculi ⁊ similiū. ¶ Et si necessaria fuerit lenificatio
misceat cū eo in principio virtus solutiua phl'atis đ
virtutibus turbit ⁊ polypodij. ⁊ fiat gradatō pau-
ca ad virtutē agarici ⁊ fiat vt vomat cū sirupo ace
toso mellino de semībus ⁊ his sil'ibus usq; quo in-
cipiat digeri ¶ Et sit vaporatio stomachi ⁊ eius
emplatō cū eo qđ est fortius ita vt cū dactilis ⁊ fi
cubus ⁊ sil'ibus ⁊ simīr inunge ipsuȝ cū oleis calidis
pueniēdo vsq; ad oleū de costo ¶ Et fortasse est
necessariū in eo ꝓuocare vomitū cū sirupo acetoso
⁊ sit i eo uirtus sinapis ⁊ hellebori albi īmo fortas
se ē necessariū vt in potu detur helleborus cū dis-
positōe sua qū non timet debilitas dispositōis vir
tutis. ¶ Et si fuerit mīa melancholica pura de ge-
nere fecis sanguīs tūc rectificat s'os'o eius in primis
cū aqua iubleb ⁊ penidijs ⁊ est cōueniens admīstra
tio geleniabiȝ mellini ⁊ zuccarini ⁊ in fine eius eūe
tur cū eis que sunt sicut decoctio myrobalanoꝝ ci-
trinoꝝ ⁊ nigroꝝ ⁊ fumiterre ⁊ passulaꝝ. ¶ Dum
ergo egritudo digesta est tunc bonū est phl'omare

ex basilica. ¶ Et administret vomitus sup cibū cuꝫ fortitudine aut leuiter ſm horā ⁊ necessitatē ⁊ opꝫ vt assiduet ipsuꝫ quoniā est radix ad eūoneꝫ cū medicinis ⁊ clisteribus fortibus ⁊ medicine que administrant in huiusmōi hora sunt epithymū ⁊ polypodiū ⁊ agaricū ⁊ sticados ⁊ lapis armenus ⁊ lapis lazuli abluti ⁊ nō abluti ⁊ sucus folioꝝ centaurē cuꝫ sirupo mellino. Et fortasse necessarius est ellebōrus niger ⁊ fortasse infundunt in cholīca sene ⁊ fumus terre cū epithymo ⁊ in sirupo acetoso deīde habeas cōsiliū tunc apō eūoneꝫ ⁊ da in potu phl̄atice ⁊ melancholice ex ea tyriacā ⁊ metridatū ⁊ medicamē de assa ⁊ sulfur ⁊ pip solū bibat in aqua ⁊ de illis est sinapis que administret non assidue imo in oībus tribus diebus ⁊ in primis ⁊ ante illud in spatio longiore. ⁊ sil'r diapipeon ⁊ sil'a illi de electuarijs. ¶ Et non festines cū aliquo hoꝝ añ digestōeꝫ nā si tu dederis in potu tyriacā ⁊ sil'a illi in primis compones quartanā cū quartana ⁊ fortasse attrahes egritudies alias ⁊ ꝓprie in hyeme. ¶ Et in fine eius si necessaria fuerit phl'omia aude sup eā. ¶ Inqt Gal. sanaui gentē plimaꝫ a quartana ita. Dedi eis in potu post digōeꝫ solutiuū: deinde dedi eis in potu sucuꝫ apsinthij deinde dedi eis in potu tyriacā. ¶ Et dico ꝙ assa ⁊ pip singularia sunt iuuatia valde quando apparet digō ⁊ puenit status ⁊ ciba illuꝫ sabane ⁊ elbune ⁊ keniculi capparis ⁊ sinapis ⁊ almuri ⁊ oībus in quibus est virtus solutiua cū fortitudine ⁊ fortasse erit tibi necessarium vt des ei in potu post quadragīta dies omni mane q̄tuꝫ est ñabaca vna de eis que sunt sicut medicamē de assa ⁊ omni fo simil'r: cū febris non fuerit acuta ⁊ materiei radix nō fuerit chol'a. ¶ Et de trociscis iuuatis in hac hora ⁊ apud declinatōeꝫ sunt trocisci ſm hunc modum.

¶ ℞. suci eupatorij ⁊ croci amboꝝ añ. pōdus. ʒ. iij. scolopēdrie aristo^e ⁊ lactuce ⁊ reubarbari ⁊ spodij oīuꝫ. añ. ʒ. v. ⁊ se. acetose ⁊ se. portulace ⁊ ros. ⁊ spice ⁊ se. cuscute ⁊ anisi ⁊ se apij ⁊ radicū capparis ⁊ granoꝝ alben ⁊ se. feniculi oīuꝫ añ. ʒ. iiij. cōficiant cū aqua apij ⁊ fiant trocisci ⁊ dent in potu cū aqua feniculi ⁊ endiuie ⁊ cuscute. ⁊ hec quidā medicina iuuatiua est modis plibus Et si digerit materia tunc fac istud. ¶ ℞. myrre. ʒ. xv. spice. ʒ. xiij. agarici costi floris sq̄nanti oīuꝫ añ. ʒ. v. petroselini. ʒ. xv. anisi. ʒ. x. cōficiant cū vino antiquo ⁊ cū melle ⁊ zinzibere. Et sit dosis eius q̄tuꝫ est nux ⁊ qñqꝫ dant in potu in fine ⁊ cōualescētibus ⁊ apud paucitatē nocumēti in ea ⁊ mltitudinē cal'itatis cuꝫ subtiliatōe materie medicinā huiusmōi. ¶ ℞. seis iusq̄ami albi mādragore amboꝝ añ. siliquā. i. ⁊ asse circiter tertiā fabe. i. Et de hoc genere est vt sumant iteꝝ calamēti domestici aur̄. iiij. ⁊ semis vrtice aur̄. xx. ⁊ epithimi aur̄. i. fiant trocisci parui valde ⁊ sit dosis. ʒ. i. ¶ Et ex eis que bona sunt eis est vt admistret post apitōeꝫ digōis vsqꝫ ad fineꝫ eius istud. ¶ Suat passulaꝝ de semi aut de alacoen ⁊ alij siluris ⁊ mirti recentis oīuꝫ añ. ps. i. ⁊ decoquant in aqua dulci postq̄ infusa sunt in ea. deinde bulliant exquisite ⁊ colet ⁊ det de ea. ℥. i. ⁊ iteruꝫ seis apij ⁊ anisi ⁊ cordumeni oīuꝫ añ. ʒ. v. origani siluestris eupatorij oīuꝫ añ. ʒ. vij. ameos. ʒ. iiij. suchaba. ʒ. iij. passulaꝝ. ʒ. x. decoquant in tribus libris aque vsqꝫ quo redeat ad. lb. i. ⁊ de illis que bona sunt eis est vt sumant ameos spice ⁊ calamēti oīuꝫ añ. ʒ. x. ⁊ carui ⁊ anisi amboꝝ añ. ʒ. vij. ⁊ asse pondus. ʒ. v. ⁊ zinziberis pondus. ʒ. iiij. ⁊ cassie pondus. ʒ. iij. cōficiant cū sufficientia mellis. ¶ Et sit dosis eius pondus. ʒ. i. cū aqua apij ⁊ feniculi.

¶ Trocisci huiusmodi.

¶ ℞. suci eupatorij. ʒ. x. scolopēdrie spodij feniculi spice croci oīuꝫ añ. ʒ. v. lacce ⁊ reubarbari oīum añ. ʒ. iij. semis cucūeris ⁊ semis portulace oīuꝫ añ ʒ. vi. fiat trocisci cū aqua apij ⁊ sumant in potu cū sirupo acetoso. ¶ Et iteꝝ ad phl'aticaꝫ myrrhe. ʒ. xxxv. croci petrosellini amboꝝ añ. ʒ. v. spice. ʒ. iiij. ſ. castorei. ʒ. iij. anisi. ʒ. iij. ſ. semis apij ⁊ karui amboꝝ añ. ʒ. iiij. amomi corticū casie storacis oīuꝫ añ. ʒ. ij. ⁊ tertiā. susseleos adriani confectiōis oīuꝫ añ. ʒ. i. ⁊ tertias duas. ¶ Et qñ vehemēs fit rigor est vomitus cū aquā tepida ⁊ sirupo acetoso ad illud iuuatiuū. ¶ Qō si virtutes eius non obediunt tunc cū eis quoꝝ rememoratō precesserit ſm horā. ¶ Et fiat vaporatō cū embroca in qua decocta sunt sebea ⁊ camomilla ⁊ sil'a hoīc cohoptō cuꝫ pannis laneis aggregantibus calefactionem.

¶ Rememoratio solutiuoꝝ q̄bus indigent post digestionem. C. lxiiij.

Kebuloꝝ. ʒ. vi. epithymi apsinthy aborū añ. ʒ. v. myrobalanoꝝ citrinoꝝ suci eupatorij emblici oīuꝫ añ. ʒ. iiij. semis apij et anisi ⁊ semis feniculi oīuꝫ añ. ʒ. ij. fiat ex eis decoctio ⁊ soluat cū eo cū facilitate. ¶ Aut sumat apsinthij pondus. ʒ. x. myrobalanoꝝ kebuloꝝ ⁊ epithymi oīuꝫ añ. ʒ. viij. ⁊ fumiterre pondus. ʒ. vii. et suchaba ⁊ centauree maioris amboꝝ añ. pōdus. ʒ. vi. eupatorij ⁊ radicis squinati amboꝝ añ. pōdus ʒ. v. decoquant cū quinqꝫ libris aq̄ donec redeat ad. lb. i. ¶ Pille leues. ¶ Quando admistrantur in oibus qnqꝫ diebus semel sunt iuuātes in ea ⁊ sūt expte. ¶ ℞. epithymi ⁊ turbit amboꝝ añ. ʒ. x. carui anisi amboꝝ añ. ʒ. vij. ameos. ʒ. viij. semis apij ⁊ fenicli amboꝝ añ. ʒ. iij. polipodij. ʒ. vi. agarici albi quod facile terit. ʒ. viij. salis indi. ʒ. v. biere picre. ʒ. xv. fiant pil'e cū aqua mente ⁊ sit dosis. ʒ. i. ſ. ¶ Et cū materia est phl'atica cōferūt iste pil'e. ¶ ℞. epithymi agarici ameos oīuꝫ añ. ʒ. viij. semis apij anisi feniculi oīuꝫ añ. ʒ. iij. salis naptici. ʒ. v. biere picre turbit amboꝝ añ. pōdus ʒ. x. dosis pondus. ʒ. ij. ſ. ¶ Et qñ est cuꝫ dolore splenis iuuat hoc medicaīe ⁊ soluit eū cū facilitate ℞. scolopendrie. ʒ. xv. agarici. ʒ. xij. myrobalanoꝝ nigroꝝ biere añ. ʒ. x. kebuloꝝ apsinthij oīuꝫ añ. ʒ. viij. suchaba bedeoard canapitheos suci eupatorij oīuꝫ añ. ʒ. vij. fructus tamarisci radicū capparoꝝ amboꝝ añ. ʒ. v. ſ. semis apij anisi semis feniculi oīuꝫ añ. ʒ. iij. fiat confectio aut pil'e.

¶ Cibatio pacientiū quartanaꝫ. C. lxv.

Rectius est vt inclinet regimē eoꝝ in primis septimanis vsqꝫ ad tres septianas ad subtiliatōeꝫ quandā preter qō destruat virtutē ⁊ illud est ut abstineant a carne ⁊ alzūmet. hoc eniꝫ mīorat eoꝝ materias ⁊ aleuiat eos ⁊ abreuiat spaciū egritudinis eoꝝ. ¶ Et post illud necessariuꝫ est virtutē viuificare cū eis que sunt sicut pisces alcadradie ⁊ oua sorbilia ⁊ pulli ⁊ althatagi. ¶ Quꝫ ergo puenit ad tempus in quo sequnt in ea alzumꝫ

⁊ non moratͥ egritudo tunc necessariũ est custodirͥ virtutẽ ⁊ cibare cuꝫ eo qđ est fortius ex carnibus gallinaꝝ ⁊ pulloꝝ ⁊ arietũ ⁊ hedoꝝ ⁊ auiũ moll' carnis sicut sunt pulli ⁊ aldũragi ⁊ pisces boni qui non sunt magni. ¶ Et scias ꝙ conditio in eo ex quo cibatͥ habẽs quartanã est ꝙ sit aggregãs ꝓprietates ⁊ quaꝝ vna est vt non sit crudũ imo resoluẽs cruditatẽ quã facit accidere mãa. ¶ Et sa est vt non sit grossuꝫ imo subtilians grossuꝫ. ¶ Et tertia est vt non sit cõstrictiuũ imo soluẽs ventrẽ. ¶ Et quarta vt sit sanguis ex eo generatus laudabilis. ⁊ plm qdeꝫ est in ea illud qđ habet calitatẽ ⁊ hũitatẽ. ¶ Et tu iam sciuisti qũo cibetͥ ante paroxismũ ⁊ ꝑ quot horas ⁊ quare illud. ⁊ sciuisti iteꝝ ꝙ qñqꝫ necessarius est cibus in paroxismo ⁊ in ꝓximo eius ꝓpter causaꝫ predictã. ¶ Ueꝝ rectius est vt eueniat febris ventre vacuo vt non occupet natura cũ materia alia: nisi cũ materia egritudinis donec expellat eaꝫ. ⁊ vinũ sit purum subtile.

¶ Cura quartane continue. C. lxvi.

Di posito huius febris est sm ꝙ enũtiauimus ante ipsaꝫ. ¶ Et canon in ea est homogeneus canoni quartane interpolate. ⁊ non diuersificatͥ ab ea nisi in rebus paucis. ¶ De illis est ꝙ declinatõ in illa ad equalitatẽ in calefaciẽtibus ⁊ ad infrĩatõeꝫ in hac est melior ꝓpter adherentiã febris. qr oportet ut admĩstrent in curatiõe eius ea que sunt sicut sirupus acetosus cũ seminibus: ⁊ gelemabiꝫ ⁊ aqua de radicibus equal' ⁊ suppositoria cũ melle. ¶ Et de illis est ꝙ phlomia in hac est magis necessaria quoniã materia est magis cõprehensa in venis. ¶ Et de istis est ꝙ licentia in carnibus in hac egritudine est minor ideo caue hoc.

¶ De febre sextana ⁊ septena ⁊ similibus illis. C. lxvii.

Et nomiantͥ phitanos: ⁊ qdaꝫ nomiant huiusmõi febres reuolubiles. ¶ Iste generantͥ ex materia hõgenea materiei quartane sed est mior ⁊ grossior. ¶ Et plm qdeꝫ fiũt ex mãa phlatica. ¶ Sextanã aũt ⁊ septenã ⁊ que sunt post illas Hip. dixit ⁊ Gal'. dixit Ego non vidi in vita mea aliq̃ ex eis neqꝫ vidi qntanã nudã forteꝫ ⁊ neqꝫ est febris nisi quasi occulta. ¶ Inqt ⁊ non ẽ longinquꝫ quin sit causa in septena vbig̃. ⁊ nouena regimẽ qđ qñ admĩstratͥ ⁊ curritͥ sup ipsuꝫ facit febreꝫ nam iteratõ facit necessario in huiusmõi hora illã febrẽ ⁊ si dimitteretͥ ⁊ rectificaretͥ non faceret.

¶ Est ergo causa in piodis eius ⁊ in ipsius iteratõibus reiteratõ regis: ⁊ piodi eius nõ sunt piodi materie que effundatͥ ⁊ eius reditiões. Inquit oportꝫ ergo vt obfuetͥ in expientia huius egritudis hec intentõ ita vt non accidat error ꝗuis Gal'. sit quasi negans aduentũ haꝝ febriũ ⁊ quasi ꝙ sit necessariuꝫ vt sit huiusmõi febris alia radix. Ueꝝ Hip. iaꝫ verificauit smonẽ in inuentiõe septene ⁊ nouene ⁊ non est illud manifestũ mirabile neqꝫ manifeste impossibilitatis ita vt sit necessariũ redire in eo ad admĩstrãduꝫ. ¶ Et smones qdeꝫ quos locutus est Hip. in capso haꝝ febriũ sunt ꝙ septena est ꝓlixa ⁊ non est mortifera ⁊ nouena est longior ea ⁊ non est mortifera. Et dixit ꝙ quintana est deterior febriũ quoniã fit ante ptisiꝫ ⁊ post ipsam. ¶ Et dixit Gal'. in ea sicut scitis ¶ Et ego quideꝫ opinor huic smoni modũ quẽdã ⁊ est vt sit pthisis significãs ethicaꝫ: ⁊ sit sermo eius qntana subiectũ ꝓpõnis indefinite nõ significãtis cõitatẽ: ergo est quasi dicat ꝙ de qntana est vna spẽs deterior febriũ ergo est significatio huius sermonis eius ꝙ qũ febres ꝓlongantͥ et ꝑmiscentͥ ⁊ diuersificantͥ pueniũt plm ad inflãmãduꝫ mẽbra principalia ⁊ ad ethicã ⁊ de ꝓprietate haruꝫ febriũ est vt stent in fine suo sm ordinẽ vnũ. ¶ Et plm illius super quartanã Et iã testificati sumus eã qntanã veꝝ ipsa pducit ad quartanã qñ in hũorib⁹ est exuberatõ ⁊ in hũitatibus multitudo ¶ Quõqꝫ liqfactio iaꝫ mltiplicatͥ ⁊ euõnes sensate ⁊ insensate freqñtes fiunt non remanet in hũoribus cinereitas nisi illud quod minus est ⁊ grossius ⁊ illud facit esse necessariũ vt sit paroxismus tardior ⁊ fiat illa que fuit quartana qntana. ¶ Et in huiusmõi qdeꝫ dispõe fortasse erit corpus ꝑpatũ vt inflãmetͥ ⁊ fiat ethica. ¶ Et iteꝝ ethica qñ ãncedit non est longinquꝫ qn faciat accidere in hũoribus cinereitatẽ quandaꝫ ꝓpter prauitatẽ suaꝫ in postremis ethice ⁊ accidit illi cinereitati putredo quare accidit febris ⁊ iam destruxit febris ethica corpus ¶ Est ergo mala ex hoc ꝙ ipsa est signum adustionis hũoris de quo non remanʼt nisi paꝝ ⁊ fit adustus paꝝ ⁊ ex hoc ꝙ ipsa est causa additiõis febris ⁊ duplicatiõis eius. ¶ Et non opꝫ vt negentͥ egritudines quas non contingit videre in tpe quodã ⁊ quadã regione nã hoc genus non cõprehenditͥ ꝑ multitudinẽ. ¶ Neqꝫ iteꝝ oportet vt dicatͥ ꝙ si est qntana tunc necesse est vt sit materia qnta nam melancholia generat quintanã non ꝓpter hoc ipm ꝙ ipsa est melãcholia imo ꝓpterea ꝙ ipsa est pauca grossa. Et iam non ꝓlongatͥ qn sit in quibusdã corpibus mãa grossa pauca cui accidit putredo. ¶ Et non cõuenit alicui vt dicat possibile est in phlate vt fiant ei paroxismi alij qñ ingrossatͥ ⁊ minoratͥ qm̃ cõcessio est res ampla ⁊ raro fit possibile vt necessario cõsequatͥ eius cõtradictio ¶ Amplius nõ est dispõ in cõcessione eius qđ nũq̃ videtͥ ⁊ non auditͥ neqꝫ de quo testificatͥ expimẽtator aut sapiens sicut cõcessio eius qđ testificat qualis Hipp. ⁊ iaꝫ retulit mihi fidelis qdam se vidisse nouenaꝫ. Quintanã vo nos mltotiens vidimus ⁊ non cogimur ꝓpter hoc dicere ꝙ illic sit humor alius.

¶ Cura spetieꝝ huius febris. C. lxviii.

